torum pensando. Etsi enim multos uidi, audiuiq; doctè, ac disertè loquentes de huiusmodi annotationum genere, neminem tamen plura memoriter, doctius ve narrantem audiui; sumq; ego sæpe mecum tacitus admiratus, quì cum iam multos annos in forensibus causis uersari cœperis, spinosamq; iuris, ac perplexam scientiam tractare, nostratia hęc tibi adeo sint in promptu. Verum tu id planè facis, quod pauci nostræ ętatis homines, retines scilicet animo, ac sæpe recolis, quæ olim à doctissimis uiris, ac in primis Flaminio didicisti; nunquamq; intermittis tecum ipse reputare cogitatione antiquitatis totius, ac ueteris elegantiæ ornatū; quod ideo multis uidetur difficile, quòd ex puris nunquam hauserunt fontibus, sequiq; malunt prauam quandam ętatis nostrę consuetudinem, ut bonarum artium studia, quæ inter se coniunctæ adeo sunt; ut disiungi, nec possint, nec debeant, in diuersas parteis diducant. Ad te igitur misi locorum diuersorum explicationes has meas, quòd te hoc genere plurimum delectari sciebam, declarandi mei erga te amoris causa. Quòd si scire optas quale tandem fuerit consilium meum in his edendis, sic habeto, me non tam glorię cupiditate, quàm studio iuuandi literarum harum nostrarum studiosos hęc edidisse. Tale autem scribendi, annotandiq; genus capitibus distinctum ideo sum secutus, tum quòd multis ex ueteribus, tum etiam nostrę ętatis hominibus placuisse uideo; tum quòd mihi commodissimum esse uidetur ad loca authorum explicanda; neq; certis adeo finibus unquam includitur liber, ut multa addi non possint, quando id scri-

benti libuerit. Atque ſanè eo conſilio pauca hæc edidi; ut ſi probari ea intellexiſſem tibi, cæteriſq; qui eodem ſunt in literis iudicio, multò plura indies ſim editurus. Sic fiet, ut ſingulis ueluti menſibus, & annis liber hic excreſcat, donec ad iuſtam peruenerit magnitudinem. Hoc ſcribendi genus ſæpe eſt odioſum, quòd multi ſunt reprehendendi; neq; ullus ſatis æquo animo uel iuſtas perfert accuſationes. Verum ego ita rem totam temperaui, ut neminem mihi læſiſſe uidear. In eo etiam magnam mihi deberi laudem puto, quòd ſiquid ab alijs accepi, neminem ſua laude defraudaui. Si qui uerò ſe ad accuſandum accinxerint; ego ijs ne reſpondebo quidem tuo iniuſſu. te enim mihi, meiſq; annotationibus patronum ideò paraui, ut ſemper præſto ſis, tuearisq; ab omni iniuria; quod ſi alacri animo effeceris, pleniſſimum mihi fructum ex meis me laboribus collegiſſe putabo. Id autem facillimè pro tua dignitate ſumma, ſingulariq; doctrina te facturum confido. neq; mea me fallit opinio. Sic enim & alij de te honorificè ſentiunt, ac loquuntur, quorum unus eſt Pierius Valerianus uir doctiſſimus, ueteriſq; grauitatis, ac ſanctitatis pleniſſimus. Is enim (ut audio) ex ſuo illo grandi uolumine de literis ægyptiorum unum delegit præcipuè librum; quem tibi mitteret. Virum illum ego, mi Ioannes, ita amo propter ſingularem humanitatem, ſummam doctrinam, & incredibilem bonitatem, ut neminem pluris faciam. hęc enim omnia in illo ineſſe, non ſolum ab alijs audiui, ſed etiam ipſe perſpexi bre-

uissimo temporis interuallo, quo is Patauium, ego Vtinum profecturi, Taruisÿ eramus apud nobilissimum doctissimumq; Iuuenem Priamum Polanum: doleoq; uehementer, non potuisse me unquàm iisdem in locis uersari, ubi is uersari est solitus; omni enim officiorum genere, ac singulari mea erga illum obseruantia extorsissem ab illo aliquid omnino beneuolentiæ. Verum, ut ad rem redeam, siquid ex hoc meo capies uoluptatis libello, id totum Flaminio acceptum referas uelim; qui, cum huc uenisset, effecit, tui ut iucundissimam resumerem memoriam: quæ me impulit, ut hæc ad te quamprimum mittenda statuerim. Versatur ille nunc unà cum Raynaldo Polo Cardinali, Petroq; Carnesecco uiris (uti scis) summa dignitate, & singulari uirtute, ac doctrina præditis; itaq; uersatur, ut dies noctesq; totas absumat in eo genere studiorum, quod omnium est præstantissimum, philosophię uidelicet Christianæ, cui sese totum addixit; Humana enim laude, nostratibusq; studÿs, in quibus semper maxima cum gloria uersatus est, satur; ea conquirere cœpit, quæ nullam unquàm afferunt animo satietatem; suiq; cupiditate, ac uoluptate indies maiore homines alliciunt. Neque enim ego is sum, qui sicuti multi; ægrè feram, doleamq; illum esse ab hoc studiorum nostrorum genere abalienatum. Ecquid enim ageret aliud uir summus; qui cum grammaticorum, Rhetorum, Dialecticorum, Mathematicorum, Oratorum, Poetarum, Philosophorumq; libris quicquid continetur diligenter inuestigasset, ac per-

didicisset, nihil sibi uidebat esse reliquum, in quo studium suum, atque operam poneret, aut hominum societati prodesset. Hæc ad te copiosius eò scripsi, ut intelligeres, nihil mihi iucundius esse, quàm tecum per literas, quando coràm non possum, loqui; scires q; ubi locorum esset, quid q; ageret Flaminius tuus, idem q; meus, sæpe enim per literas id à me petysti; atque cognosceres uoluisse me in his diuersorum locorum explicationibus edendis singularem, qua te prosequor, beneuolentiam apud omnes testatam relinquere. Vale. Luca, tertio Idus Ianuarias. M D XLII.

LOCVS IN COMMENTA-
rijs Cæsaris emendatus.

Incidi in quosdã familiareis meos ab hinc paucis diebus, qui summa inter se contentione disquirebant, quales essent falces Murales, quas nominat Cæsar libro 3. suorum commentariorum. ubi pugnam naualem cum Venetis describit. Verba sunt hæc. *Vna erat magno usui res, præparata à nostris, falces præacutæ, insertæ, affixæq; longurijs, non absimili forma muralium falcium. his cum funes, qui antennas ad malum distinebant, comprehensi, adductiq; erãt, nauigio remis incitato, prærumpebantur.* Cumq; multa dicerent eius rei declarandę gratia, interim me uident, ad seq; uocant; rem totam cum mihi exposuissent, affirmaui, me tribus in uetustis codicibus legisse. *Ruralium falcium.* Applauserunt illi statim huic lectioni gratiasq; mihi egerunt. Monui illos præterea, ut animaduerterẽt, in lexicis gręcis, ubi declaratur dictio δορυδρεπάνα; male eandem legi uocem, ex uerbis enim quæ corrupta legebantur in commentarijs Cæsaris apposita fuit à quodam docto illa declaratio. Ego locum cum antea parui facerem illorum iudicio impulsus, huic meo adnotationum libello interserendum putaui. de falcibus, ac earum genere legat, qui uolet apud Varronem. breuitatis enim causa istæc à me prætermittuntur.

LOCVS HORATII DECLARATVS.

Horatius lib. ij. Od. ubi se in formam Cycni transiturum uaticinatur post mortem, sic ait.

» Non usitata, nec tenui ferar
» Penna biformis per liquidum æthera
» Vates, inuidiaq; maior.
» Vrbeis relinquam. Paulò post.
» Iamiam residunt cruribus asperę
» Pelles, & album mutor in Alitem.
» Supernè, nascunturq; leues
» Per digitos, humerosq; plumæ.

Diogenes Laertius. Simile quiddam, sed alia de caussa narrat, ubi de Platone loquitur his uerbis. λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδεν κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι ἡδὺ κλάγξαντα, καὶ μεθ' ἡμέραν πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι. τὸν δὲ τοῦτον εἶναι τὸν ὄρνιν. Poeta se in Cycnum conuersum iri uaticinatur, ob singulare ingenium, doctrinam, atque gloriam partam ex poematum conscriptione. Socrates uero, dum in gremio se Cycni pullum fouere somniat; Platonis præstantiam, & admirabilem eloquentiam uaticinatur. Idem Laertius testatur ex Apollodoro eodem die natum Platonem, quo Delij affirmabant natum in sua insula Apollinem, his uerbis. γίνεται πλάτων, ὥς φησιν ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ὀγδόῃ, καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπιάδι, θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν δήλιοι τὸν ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. Cur uero Horatius se

potissimum in Cycnum, conuersum iri dicat, id est in causa, quia Cycnus Apollini erat dicatus, quod declarat Callimachus, cum ait.

» ἡ μὲν ἔφη, κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ
» μηόνιον πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες.
» ἑβδομάκις περὶ Δῆλον. Paulò post.
» ὅθεν ὁ παῖς τόσσας δὲ λύρῃ ἐνεδήσατο χορδὰς.
» ὕστερον, ὁσσάκι κύκνοι ἐπ' ὠδίνεσσιν ἄεισαν.

LOCA QVAMPLVRIMA CALlimachi animaduersa; ac declarata.

ANno superiore, cum Horatius Farnesius summa indole puer, ac uirtute à PAVLO. III. Pont. Max. missus in Galliã proficisceretur, Lucaq; iter faceret, ac diuertisset apud præstantissimum, omniq; laude ornatissimũ, virum Cæsarem Nobilem; erat cum eo Franciscus Floridus Sabinus uir eruditiss. quiq; in hoc genere studiorũ nostrorũ plurimũ rem literariã prouexit. Hũc ego officij gratia statim adij, cumq; illi de tanta felicitate, & gloria essem perq̃ familiariter, & ex animo gratulatus, multa inter nos de literis incidit mẽtio. Ego uerò, qui illius omnia perlegerã scripta, percũctatus sum; illum ne agnosceret iuuenem Vtinensem, quẽ asserebat in suis scriptis, uertisse è græco Callimachi hymnos omnes. Suspicatus est tum is, me illum esse; quod cum ei affirmassem, dixi, me mei postea illa in re suscepti laboris pœnituisse, neque eo esse animo, ut ederem uellem. Libuit uero mihi hoc ipsum literarum his monimentis testatum relinquere apud omnes, eum esse me, quem Floridus illo loco subinnuisset; sit enim scio fuisse

illum prolaturum Robortelij nomen, si pro certo sciſſet; cognoſcerentq;, me, cum eos hymnos uertiſſem ſub ipſum adoleſcentiæ meæ initium, poſt aliquot annos ea uerſione non ſatis probata, ſententiam immutaſſe; eo enim ſum ingenio, ut mea nunquàm probem ſatis, neq; placeant poſtea, quæ ante ualde placebant, nam me nõ deterruiſſent ab incepto aliorum uerſiones. neq; uero hoc ideo à me dicitur improbandi alieni laboris cauſa; nam quis aptius Palladis lauacra uertere potuiſſet, q̃ Politianus? quis elegantius, hymnum Dianæ, quàm Floridus? in quo uertendo ita ſententias, & uerba, omnemq; poetę illius ornatum adæquauit, ut magnam uel ob hoc ipſum illi laudem tribuẽdam putẽ. Ne aũt nihil oĩo egiſſe uidear, miſſa latina uerſione, apponã aliquot loca, quæ adnotaram, eaq; uetuſtis codicibus, atq; antiquis authoribus collatis emendaram, atq; declararam.

1 In hymno Iouis; primo ſtatim uerſu uarietas eſt in una dictione. nam alij σπονδῇσι, alij σπουδῇσι legunt. Si magis prior placeat lectio, referes ad ſacrificia, quia hymni inter ſacrificandum cantari conſueuerant. Si poſterior magis probetur; deſideria, & cogitata mentis ipſius Callimachi intelligas neceſſe eſt, quædamq; eſt dubitatio ſubiuncta aſſeueratione.

2 Eſt in tertio uerſu eiuſdem hymni. πηλογόνων ἐλατῆρα) intelligit Gigantes, qui è Titanum ſanguine, & terra orti ſunt, ſeu (ut alij putant) ex terra tantum, ſine paterno ſemine. Apollonius lib. i. arg.

» ἀλλ' ὁ μὲν ἢ ὀλοοῖο τυφωέος, ἠὲ καὶ αὐτῆς
» γαίης εἶναι ἔικτο πέλωρ γένος οἷα πάροιθεν

» χωομένη δ᾽ ἦ τίκτεν. Verg. in Georg.
» Tum partu terra nefando
» Cœumq;, Iapetumq; creat.
Idem cum de fama tanquam monstro loqueretur, allusit ad superiora Apollonij carmina.
» Illam terra parens ira irritata Deorum
» Extremam (ut perhibent) Cœo, Enceladoq; sororem
» Progenuit.
Quos πηλογόνους uocat Callim. eos dicit γηγενέας Orpheus. οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν οὕνεκα γῆς ἐγένοντο, καὶ αἵματος οὐρανίοιο.
3 Ζεῦ σὲ μὲν ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι) ὄρεα dici pro summitatibus, & fastigio montium, ut & Theocritus.
» ὤρεα μακρὰ λυκαίου.
4 καὶ γὰρ τάφον) Lucianus in Timone alludit ad hoc sepulchrum. μεγάλην ποιήσας τὴν φλόγα ἀπεδείξαο τινα χολὴν ἀνδρώδη, καὶ νεανικοῦ διὸς, εἰ μὴ ἀληθῆ ἐστὶ τὰ ὑπὸ κρητῶν περὶ σοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖ σῆς ταφῆς μυθολογούμενα. Rursus in dialogo ἐκκλησίας τῶν θεῶν, ubi Momus loquitur, multa recenset, quæ huc spectant. sed ea mitto breuitatis causa.
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται) Sudas. κρητίζειν τὸ ψεύδεσθαι.
» ἰδομενεὺς γὰρ ἐπιτραπεὶς τὸν ἀπὸ τῶν λαφύρων
» χαλκὸν διχνεῖμαι. τὸν ἄριστον ἑαυτῷ ἐξείλετο. καὶ
» ἑτέρα παροιμία. κρητίζειν πρὸς κρῆτας. ὅτι
» ἀπατεῶνές εἰσι.
Lucianus irridens cretensium insaniā sic ait. οἱ δ᾽ οὐ

κρῆτες οὐ γενέσθαι παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ τραφῆναι μόνον τὸν Δία λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσιν. καὶ ἡμεῖς ἄρα τοσοῦτον ἠπατώμεθα χρόνον οἰόμενοι τὸν Δία βροντᾶν τε, καὶ ὕειν, καὶ τἄλλα πάντα ἐπιτελεῖν. ὁ δὲ ἐλελήθει τεθνεὼς παρὰ κρησὶ τεθαμμένος.

5 Ἔνθεν ὁ χῶρος ἱερός.) *Postquam ibi peperit Rhea Iouem, mons ille sterilitatem afferebat mulieribus, si fortè eò uenissent, imò & anguibus fœtura adimebatur.* Nescio quid simile narrat Theocritus in primo Idyllio. αἰπύ τε σῆμα. τῆνο λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσιν ἀγητόν. *intelligit autem sepulcrum* Mænali Lycaonis filij; ubi habetur in scholijs. ἀγητὸν, θαυμάσιον δηλαδὴ, ὅτι εἰσερχόμενα ζῶα ἄγονα ποιεῖ.

6 Ὠγύγιον) *antiquum*, ἀντὶ παλαιὸν ἀπὸ τοῦ ὠγύγου ἀρχαίου βασιλέως τῶν ἀθηναίων, ἀφ' οὗ καὶ ὠγύγιαι πύλαι ἐν θήβαις, καὶ πᾶν τὸ ἀρχαῖον ὠγύγιον φασὶ διὰ τὸ πολὺ ἄνω γενέσθαι ἀρχαιότατον. Διονύσιος· ὠγυγίη τε θάσος Δημητέρος ἀκτή. Hæc ex Etymologico.

7 Χυτλώσαιτο) *ablueret.* χύτλα *dicuntur lauacra ex oleo, et aqua;* χυτλῶσαι *est* ἐν τῷ λουτρῷ ἀλεῖψαι. χύτλα *quoque appellantur abusiuè* τὰ ἐναγίσματα. Apoll. lib. i. arg. ἔνθ' ἔτι νῦν περ τέ σφιν ἐτήσια χύτλα χέονται.

8 Ἐλύσατο μίτρην) *soluit Zonam.* Frequens locutio *apud poetas, triplicemque habet sensum.* Aliquando λύειν μίτρην *est parere.* Apoll. ᾧ ἐνὶ μούνῳ.

μίτρην πρῶτον ἔλυσα, καὶ ὕστατον.
id est quem unicum peperi, aliquando est eripere uirginitatem, & ad homines refertur, Musæus.

» ὣς ἡ μὲν ταῦτ᾽ εἶπεν ὁ δ᾽ αὐτίκα λύσατο μίτρην.

id est uirginitatem eripuit. aliquādo est simpliciter uirginitatem amittere. unde ἄμιτροι dicuntur puellæ innuptæ, & coniugij expertes: Rationem uero soluendæ Zonæ est legere in scholijs Apoll. λύουσι τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν ἀρτέμιδι, ὅθεν καὶ λυσιζώνης ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἀθήναις.

βαθυζώνους græci mulieres appellant, quæ sunt aptæ concipiendæ soboli. Pindarus.

» σὺν βαθυζώνου διδύμοις
» παισὶ λήδας.

Mitto de industriæ Catulli locum, eaq;, quæ uulgò afferri solent ab omnibus.

9 Ω᾽δῖνας) nomen hoc reperitur in utraq; declinatione ὠδὶς ὠδῖνος quintæ. & ὀδύνη. ης. secundæ; alibi Callimachus.

» ἄργε δὲ λητὼ τειρομένην ὠδῖσι. Home.
» ἤδ᾽ ὀδύνῃσιν ἐρεχθομένη χαλεπῇσι.

differunt scriptione.

10 Ἄντρον ἔσω κρηταῖον) de eo meminit Apollonius libro primo.

» ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσὶ νήπια εἰδὼς
» δικταῖον ναίεσκεν ὑπὸ σπέος. Verg. quoque.

Dictæo Cœli Regem pauere sub antro. Dionysius.

» κρήτη πιμήεσσα διὸς μεγάλοιο τιθήνη
» πολλή τε λιπαρή τε, καὶ εὔβοτος, ἧς ὑπὲρ ἴδη

» ἴδη καὶ ἀλικόμοισιν ὑπὸ δρυσὶ τηλεθοώσαι.
» καὶ τῆς τοι μέγεθος περιώσιον.

11 Οὐδ᾽ ἀλίλω ἀπέπιστε θεὴ χάριν). puto nõ ἀλίλω, sed ἄλλω esse legendum.

12 ὄμφαλος) Vmbilicus tanquam radix quædã infan tium, per quam dum sunt in matris aluo, nutriuntur, & augentur. illac enim cibus permeat. cum uero in lucem prodeunt, solet ab obstetricibus resecari. unde ipsæ ὀμφαλητόμοι uocantur, id est umbilicisecæ. Locum hunc Callimachi inuenies declaratum in scholijs Nicandri ἀλεξιφαρμάκων in principio.

13 ,Κυρβάντων.) p præposteram syncopen. κορυβάν των.) Socias corybãtum appellat Melias, quia Meliæ dicuntur arborum nymphæ, quæ utiq; in syluestribus degunt locis, non secus ac ipsi corybantes. Melias etiam nominat Hesiodus. ex ijsq; ait ortos esse eos homines, qui sub ætate ærea uixerunt.

» Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
» χάλκειον ποίησ᾽ οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον.
» ἐκ μελιᾶν δεινόν τε, καὶ ὄμβριμον, οἷσιν ἄρηος
» ἔργ᾽ ἔμελε στονόεντα. Apoll. libro ij.
» ὅν ποτε νύμφη
» τίκτε ποσειδάωνι γενεθλίῳ εὐνηθεῖσα
» βιθυνὶς μελίη ὑπεροπλέστατον ἀνδρῶν.

Loquitur enim de Amyco Bebricum Rege, quem ait ortum esse ex Neptuno, & Melie, ubi animaduertendum est; ibi eandem esse eius nominis significationem; quæ est hoc in loco. quædam enim nymphæ Meliæ uocantur ἀπὸ μελίας τῆς ὠκεανοῦ. uel διὰ τὸ περὶ μηλέας

δενδρα διαφίβειν. tanquam hamadryades.

14 Αἰγὸς ἀμαλθείης) de ea Arati sunt uersus.

» αἴξ ἱερὴ, τὴν μέν τε λόγος διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν.
» ὠλενίην δ᾽ μιν αἶγα διὸς καλέουσ᾽ ὑποφῆται.

Amalthea dicta fuit παρὰ τό, α, particula negatiua, quæ μὴ significat, & μαλάσσεσθαι. quòd eius ubera nunquam emolliebantur, nec exhauriebantur. Vulgatum est adagium κέρας ἀμαλθείας. quod in eos dicitur, qui diuitijs affluunt, & lætam degunt uitam. Ferunt autem ex Acheloi, cum in taurum esset mutatus (ut narrat Ouidius in Metam.) Fronte Herculem hoc cornu effregisse, ut Oeneo Deianiræ uxoris suæ patri dono daret; quod post modum cum nymphæ excepissent, uarijs replerunt floribus, & appellatum fuit Cornucopiæ. unde prouerbio datus est locus. Celebre est illud carmen (ut recenset Sudas) quod felicitatem, & ubertatem rerum significat.

ἔνθ᾽ ἵνα μοι βίος ἐστὶν ἀμαλθείης κέρας αἰγός.

Dubitant nonnulli, cur illud cornu, quod ex Acheloi fronte effractum fuit, postmodum floribus repletum à nymphis, Amaltheæ fuerit cognominatum. nam quid Acheloo cum Amalthea: uel dicendum, per ὁμοίωσιν fuisse dictum, nam quemadmodum Amaltheæ cornua nectar fundebant, & Ambrosiam; sic cornu illud Acheloi fragrantissimos, quos nymphæ collegerant, flores spargens ab Amalthea cognomen accepit. Vel si hæc non placet opinio, dicendum est omnino aliud esse Amaltheæ cornu à Cornucopiæ nympharum: utrunque enim perbelle prouerbio conuenit, hoc propter florum

copiam; illud propter ambrosiam, et nectar. Sed me mouent Strabonis grauissimi uiri uerba, qui ipsum met Acheloi cornu dicit esse cognominatum Amaltheæ. qđ si ita est, priori sententiæ est omnino acquiescendum, aut probabilior alia exquirenda.

15 Πανακρίδος) Epitheton apis ἀπὸ τοῦ πᾶν, καὶ ἄκρον, quòd summa omnia florum fastigia peruolitet.

16 Περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο.) Saltatio hæc postmodum est pyrrhica dicta. eius autem origo hæc fuit. Cũ argonautę peruenissent ad urbem Cyzicum, ibiq; à Rege Cyzico (erat enim ὁμώνυμος τῇ πόλει) benignè fuissent hospitio excepti, orto prælio per imprudentiam; noctu, multi ex ciuibus unà cum ipso rege interfecti fuerunt: cum uerò Dij ægre tulissent hospitij iura ab argonautis fuisse uiolata; prohibuerunt ipsos à nauigatione; donec ex auspicijs intellexerunt argonautæ sibi placandam esse Rheam Deorum matrem. Iason igitur, assumptis sibi nonnullis comitibus ascendit Dindymum montem; ubi Rhea colebatur; ibiq;, mactatis iuuencis, soluit Cyzico inferias, deamq; placauit; inter sacrificandum autem saltationem quandam instituerunt, quæ pyrrhica dicta fuit. Apoll. lib. i. argon.

» αἰσονίδης γουνάζετ' ἐπιλείβων ἱεροῖσιν
» αἰθομένοις, ἄμυδις δὲ νέοι ὀρφῆος ἀνωγῇ
» σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον ὠρχήσαντο.
» καὶ σάκεα ξιφέεσσιν ἐπέκτυπον, ὥς κεν ἰωὴ
» δύσφημος πλάζοιτο δι' ἠέρος. ἣν ἔτι λαοὶ
» κηδείῃ βασιλῆος ἀνέστενον, ἔνθεν ἐς αἰεὶ
ῥόμβῳ,

» ῥόμβῳ, καὶ τυπάνῳ ῥείην φρύγες ἱλάσκονται.
Fuit hæc ſaltatio etiam dicta βηταρμὸς, quanuis ſit omnium ſaltationum commune uocabulum παρὰ τὸ βαίνειν ἁρμοδίως. hinc βητάρμονες ſaltatores dicti. de hac ſaltatione qui plura uolet intelligere, legat Athenæum, & Strabonem, aliosq; quàm plurimos. Addam ego locum ex Luciano ſumptum, ubi tota hæc res de Rhea, Ioue, & Corybantibus declaratur.
» πρῶτον δὲ φασὶ ῥέαν ἡσθεῖσαν τῇ τέχνῃ ἐν φρυγίᾳ
» μὲν τοὺς κορύβαντας. ἐν κρήτῃ δὲ τοὺς κουρῆτας
» ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι, καὶ οὐ τὰ μέτρια ὤνατο τῆς
» τέχνης αὐτῶν. οἱ γὰρ περιορχούμενοι διεσώσαντο
» αὐτῇ τὸν Δία. ἐν ὅπλοις δὲ αὐτῶν ὄρχησις ἦν. τὰ
» ξίφη μεταξὺ κροτούντων πρὸς τὰς ἀσπίδας, καὶ
» πηδώντων ἔνθεον τι καὶ πολεμικόν. μετὰ δὲ κρη-
» τῶν οἱ κράτιστοι ἐνεργῶς ἐπιτηδεύσαντες αὐτὸ, ἄρι-
» στοι ὀρχησταὶ ἐγένοντο, οὐχὶ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ
» καὶ οἱ βασιλικώτεροι. καὶ πρωτεύειν ἀξιοῦν-
» τες. Hoc idem de Curetibus, et Ioue leges apud Strabonem.

17 Οἰωνὸν μέγ' ὑπείροχον) Intelligit aquilam, quæ dicitur Ioui eſſe dicata, tum ob fortitudinem, & præſtantiam; tum quia altiſſime uolat, & ad ſumma aeris loca peruadit. Horatius.
» Qualem miniſtrum fulminis alitem,
» Cui Rex Deorum regnum in aues uagas
» Permiſit expertus fidelem
» Iuppiter in Ganymede flauo
» Olim iuuentas, & patrius uigor

Nido laborum propulit inscium. Philostratus.

» ἀλλ' ὅρα μοι, καὶ τὸν κραυγέτην κολοιόν, καὶ τὴν
» λακέρυζαν αὐτήν, καὶ τὸν τοῦ Διὸς αἰετόν. Theocrit.
» ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος.
» αἰετῷ οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντες.

18 Σῶν τεράων) Aquilam ostentorum Iouis nunciam *esse ait. precaturq; ab eo bene ominata ostenta, quæ sic declarantur à Theocrito.*

» ὃ δ' ὑψόθε κλάγξεν φωνᾷ
» ἐς φὶς ὑπαὶ νεφέων Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις.
» ζηνὸς τοῦτο δὲ σῆμα Διὶ Κρονίωνι μέλοντι
» αἰδοίου βασιλῆος, ὃ δ' ἔξοχος ὅν κε φιλαδεῖ
» γεινόμενον τὰ πρῶτα, πολὺς δὲ οἱ ὄλβος ὀπηδεῖ,

Homerus multis in locis inducit missa à Ioue ostenta per Aquilam.

» αὐτίκα δ' αἰετὸν ἧκε τελειότατον πετεηνῶν.
» μορφνὸν θηρητῆρ', ὃν καὶ περκνὸν καλέουσι
» ὅσση δ' ὑψορόφοιο θύρη θαλάμοιο τέτυκται
» ἀνέρος ἀφνειοῖο ἐΰκληῒς ἀραρυῖα.
» τόσσ' ἄρα τοῦ ἑκάτερθεν ἔσαν πτερά, εἴσατο δέ σφιν
» δεξιὸς ἀΐξας ὑπὲρ ἄστεος· οἳ δὲ ἰδόντες
» γήθησαν, καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη. *alibi.*
» τὼ δ' αἰετὼ εὐρύοπα Ζεὺς
» ὑψόθεν ἐκ κορυφῆς ὄρεος προέηκε πέτεσθαι.
» τὼ δ' ἕως μέν ῥ' ἐπέτοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο
» πλησίω ἀλλήλοισι τιταινομένω πτερύγεσσιν.
» ἀλλ' ὅτε δὴ μέσσην ἀγορὴν πολύφημον ἱκέσθην,
» ἔνθ' ἐπιδινηθέντε τιναξάσθην πτερὰ πολλά.
» ἐς δ' ἰδέτην πάντων κεφαλάς, ὄσσοντο δ' ὄλεθρον

» δρυψαμένω δ' ὀνύχεσσι παρειὰς ἄμφω τε δειρὰς
» δεξιὼ ἤϊξαν διὰ τ' οἰκία, καὶ πόλιν αὐτῶν.
Pindarus Ode. secunda Pythiorum de aquilæ præstantia nonnihil agit.
Idem Ode tertia Nem. Videat qui uolet illic.

19 Μακάρεσσιν ὀλιζόσιν.) μάκαρας quàm sæpissime dicunt græci ἀντὶ θεοὺς. hoc autem loco, cum dixit Poeta, Dijs minoribus, intellexit eos, quos Deos minorum gentium uocant Latini.

20 Ἐκ δὲ διὸς βασιλῆες.) hanc eandem sententiam retulit Homerus his uerbis.
» ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου ἀπόλλωνος
» ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ, καὶ κιθαρισταί.
» ἐκ δὲ διὸς βασιλῆες.
Dimidiatus autem hic uersus est etiam Theocriti. imò hi omnes sunt etiam Hesiodi. Horatius simile quiddam ait libro Odarum quarto, Ode sexta. Locum licet unicuiq; uidere.

21 Χιτώνης) Dianam appellat χιτώνην, uel ἀπὸ χιτώνης, qui est δῆμος ἀττικῆς. uel ἀπὸ τῶν χιτώνων, eò quod mos erat infantium uestes huic dicare. Stephanus in libro de Vrbibus.

22 Οὐδὲν ἀνάκτων θειότερον) maxime olim Reges obseruabantur & colebantur, quod multis in locis demonstrat Homerus; cum eos διοτρεφέας appellat; et σκηπτούχους. Rursus eo loco.
» αὐτὰ δὲ κρείων ἀγαμέμνων

» ἔστη σκῆπτρον ἔχων, τὸ μὲν ἥφαιστος κάμε τεύχων.
» ἥφαιστος μὲν δῶκε διὶ κρονίωνι ἄνακτι
» αὐτὰρ ἄρα ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ.
» ἑρμάας δὲ ἄναξ δῶκεν πέλοπι πληξίππῳ.
Rursus alibi.
» μήτε σὺ πηλέϊδ' ἤθελ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ
» ἀντιβίην ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς.
» σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.
» εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ.
» ἀλλ' ὅγε φέρτερός ἐστιν ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.

23 Ἐπόψιος) uel tutor scilicet existens eorum, uel, quod rectius, est speculator, ἀντὶ ἀθισκοπῶν, id est intuens, & speculans. ait enim Iouem obseruare, et æquitatem, & iniustitiam Regum.

24 Δίκῃσιν ὑποσκολιῇς) obliquis legibus; intelligit autem Tyrannos, qui δημοβόροι ab Homero appellantur. Occurrit hoc loco duplex uerborum distinctio, uel δίκῃσιν ὑποσκολιαῖς, ut dictum est; uel hoc modo. οἵ τε δίκῃσι λαὸν. postmodum sequatur ὑποσκολιῇς οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν: ita ut priore loco ὑποσκολιῇς accipiatur tanquam adiectiuum, & epitheton; posteriore autem tanquam substantiuum.

15 Ἡμετέρῳ μεδέοντι) Laudat regem suum, ueluti omnium potentissimum. Hic autem erat Ptolemæus Philadelphus, cuius temporibus Callimachus floruit, quanquam uixit etiam usque ad tempora Euergetæ. In hanc uero sententiam multa recenset Theocritus in suis Idyllijs.

» ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἕλῃ τελέσαι μέγα ἔργον

» λαγίδης πτολεμαῖος, ὃ καὶ φρεσὶν ἐγκατάθοιτο
» βουλὰν, ἃν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι.
& quæ sequuntur. Idem alibi.
» δὶ κρονίωνι μέλοντι.
» αἰδοίου βασιλῆος· ὁ δ' ἔξοχος ὅν κε φιλάσῃ
» γεινόμενον τὰ πρῶτα, πολὺς δέ οἱ ὄλβος ὀπηδεῖ,
» πολλᾶς μὲν κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσης,
» μυρίαι ἄπειροί τε, καὶ ἔθνεα μυρία φωτῶν
» λήιον ἀλδήσκουσιν ὀφελλόμενον διὸς ὄμβρῳ.
& quæ sequuntur.

26 Δίδου δ' ἀρετήν τε, καὶ ὄλβον) *his uerbis claudit duos hymnos* Homerus, Herculis, *&* Vulcani, *sic*
» χαῖρε ἄναξ διὸς υἱὲ, δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον. *itē*
» ἀλλ' ἵληθ' ἥφαιστε δίδου δ' ἀρετήν τε, καὶ ὄλβον.
Huc *pertinent &* illi Homeri *uersus lib.vj.* Odyss.
» ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν
» ἐσθλοῖς, ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ.

P*auca hæc excerpsimus ex tam multis, quæ olim à nobis scripta fuerant in hunc poetæ hymnum. Verum quādo iam cœpimus, satius erit, ut etiā in reliquos aliquid proferamus. neque enim hoc adnotandi genus prorsus inutile etiam existimo.*

IN HYMNVM APOLLINIS.

27 T*ria potissimum uidetur complecti* C*allimachus hoc hymno;* A*pollinis potentiam;* D*einde habitum, & faciem, atque instrumenta;* T*ertio loco* E*pitheta, & cognomenta ipsius, in quibus declarandis, dum singulorum rationem reddit, uarias historias, ac fabulas elelegantissimè persequitur, quæ ad amplificandas* A*pol-*

linis laudes pertinent. Exorditur autem ab aduentu Dei, quem describit non sine maxima demonstratione eius uis, quæ ex afflatu Poetarum animis inesse solet. Instructis enim omnibus & expeditis, quæ ad sacrificium pertinebant; fingit se Deum uidere procul aduentantem. Credebant quippè veteres Deos sacris interesse. Homerus.

» ἀλλ᾽ ὁ μὲν αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ᾽ ἐόντας
» αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν·
» οἱ μὲν δυσαμένου ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος.
» ἀντιόων ταύρων τε, καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης·
» ἔνθ᾽ ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
» ζηνὸς ἐνὶ μεγάροισιν ὀλυμπίου ἀθρόοι ἦσαν.

28 Οἷον ὁ τὼπόλλωνος) Videtur sibi uidere Poeta contremiscentem laurum, & aulam totam. quod Vergilius quoque in pari fermè negocio ita descripsit.

» Liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri
» Mons circum, & mugire adytis Cortina reclusis.
» ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρὸς.

Sic etiam hæc retulit Vergilius.

» Procul ò procul este prophani.

29 Δήλιος φοίνιξ) intelligit palmam, cui dicitur innixa Latona quando peperit Apollinem, & Dianam. Homerus.

» χαῖρε μάκαιρ᾽ ὦ λητοῖ, ἐπεὶ τέκες ἀγλαὰ τέκνα
» ἀπόλλωνά τ᾽ ἄνακτα, καὶ ἄρτεμιν ἰοχέαιραν·
» τὴν μὲν ἐν ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ κραναῇ ἐνὶ δήλῳ
» κεκλιμένη πρὸς μακρὸν ὄρος, καὶ κύνθιον ὄχθον
» ἀγχοτάτω φοίνικος ὑπ᾽ ἰνωπίο ῥεέθροις. Idē alibi.

» ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε, γοῦνα δ' ἔρεισε
» λειμῶνι μαλακῷ. Idem alibi.
» Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ
» φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

Non prętermittam uerba interpretis Apollonij super illis uersibus qui positi sunt lib. primo.

» ὗς ποτὲ νύμφη
» ἀγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσιν
» δραξαμένη γαίης οἰαξίδος ἐβλάστησε.

Pertinent enim magnopere ad locum hunc Callimachi declarandum. » ἔθος δὲ ταῖς κυούσαις τῶν » παρακειμένων λαμβάνεσθαι, καὶ ἀποκουφίζειν » ἑαυτὰς τῶν ἀλγηδόνων. ὡς καὶ Λητὼ ἐλάβετο » τοῦ φοίνικος.

30 Τελέειν γάμον) usus est apto uerbo. unde homines τέλειοι, ζεὺς τέλειος, & ἥρα τέλειος. hæc uero satis nota.

31 Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες) idem est εὐφημεῖν apud græcos, quod apud latinos; Bona uerba dicere. Catullus.

» Dicite bona uerba, uenit natalis ad aras.

& fauere linguis.

quo utitur Horatius libro tertio Odarum Ode prima.

32 Δακρυόεις λίθος) periphrasis, qua Nioben significat. Lucianus. τέλος δὲ, ὥσπερ τὴν Νιόβην » ἀκούομεν, ἐπεπήγει. καὶ ἐς λίθον μετεβέβλητο. Idem alibi.

» εὖγε ἐποίησας, ὡς ἤδη μου τὰ σκέλη καθάπερ τῆς

» νιόβης ἀπεψύχετο, καὶ πάγια λῶ.
33 Χρύσεα τῷ πόλλωνι) Similis est apud Apollonium descriptio.
» τοῖσι δὲ λητοῦς υἱὸς ἀνερχόμενος λυκίηθεν.
» τῆλ' ἐπ' ἀπείρονα δῆμον ὑπερβορέων ἀνθρώπων
» ὀξεφαίνη, χρύσεοι δὲ παρειάων ἑκάτερθε
» πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπερρώοντο κιοντι.
» λαιῇ δ' ἀργύρεον νώμα βιόν. ἀμφὶ δὲ νώτοις
» ἰοδόκη τετάνυστο κατωμαδόν.
34 Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς) Varias fuisse Apollinis artes testatur etiam Homerus in eius hymno. Lucianus. μήτε τὸν ἀπόλλωνα τοσαῦτα μόνον ποιεῖν, ἀλλ' εὖ πιθηλεξάμενον, μαντιν, ἢ κιθαρῳδὸν, ἢ ἰατρὸν εἶναι. Pol, str.) ἐρῶν ὁ ἀπόλλων τοῦ ὑακίνθου πάντα δώσειν αὐτῷ φησί, ὅσα ἔχει τὸ ξυνεῖναι προσμένων. τοξείαν τε γὰρ, καὶ μουσικὴν διδάξειν, καὶ μαντικῆς ἐπαΐειν, καὶ λύρας μὴ ἀπῳδὸν εἶναι, καὶ τοῖς ἀμφὶ παλαίστραν ἐπιστήσειν, δώσειν τε ὑπὲρ κύκνον αὐτὸν ὀχούμενον περιπολεῖν χωρία, ὅσα ἀπόλλωνος φίλα.
35 Φοῖβον καὶ νόμιον) Theocritus etiam νόμιον appellat Apollinem in Idyll. quod inscribitur αὐγέου κλῆρος, & in eodem hanc ferè refert sententiam, his uerbis.
» ἠέλιος δ' ὦ παιδὶ τόγ' ἔξοχον ὤπασε δῶρον
» ἀφνειὸν μήλοις περὶ πάντων ἔμμεναι ἀνδρῶν.
» καί ῥά οἱ αὐτὸς ὄφελλε διαμπερέως βοτὰ πάντα.
» ἐς τέλος, οὐ μὲν γάρ τις ἐπήλυθε νοῦσος ἐκείνοις

» βουκολίοις, αἵ τ' ἔργα κατὰ φθείρουσι νομήων
» αἰεὶ δὲ πλέονες κεραοὶ βόες, αἰεὶ ἀμείνους
» ὄξ ἔπος γείνοντο μάλ' ὥς ἔτος. ἡ γὰρ ἄπασαι
» ζωοτόκοι τ' ἦσαν πελώσια, θηλυτόκοι τε.

36 Αγρώσσουσα) Rectius fuerit, si legas ἀγρώσσασα. Quod uerò pertinet ad hoc, cum dicit ædificasse aram Apollinem ex cornibus caprarum, quas in uenatione Diana interfecerat. Simile quiddam narrat Apollonius libro. γ. ait Apollini ædificatam fuisse aram ἐκ τῶν χερμάδων, id est λίθων μικρῶν.

» ὡς ἄρ' ἔφη, καί τοι ἄφαρ βωμόν τε τύκοντο
» χερμάσιν, οἱ δ' ἀνὰ νῆσον ἐδίνεον ὀξερέοντες,

& quæ sequuntur. Politianus in Miscellaneis Cap. 52 ex hoc loco declarauit, illum Martialis contra Domitij sententiam, adductis etiam alijs authoritatibus ex Plutarcho & Laertio.

37 Φοῖβος καὶ βαθύγειον) originem urbis Cyrenes demonstrat. Battumq; eius ædificandæ authorem fuisse ait. Battus enim mutus fuit, cúq; accessisset ad Apollinis oraculum ut de uoce respõsum acciperet; tale ferturum edidisse Apolio oraculum, ut in Africam proficisceretur. quo cum peruenisset, perterrefactus monstris, quæ innumera habet Africa, cum lingua à metu, & ui dissoluta esset, uocis recepit sonum. Simile quiddam narrat A. Gellius de Cræsi filio. Aristophanes in Pluto. καὶ τὸ βάττου σίλφιον. ubi habetur in scholijs, βάττος κυρίως ἔκτισεν ἀπὸ θήρας τῆς κατὰ κρήτην νήσου. Strabo theræos, ait, Cyrenem ædificasse, qui è Laconia uenerant: quo in loco, adducit duos Cal

limachi uersus, non ex hoc quidem poemate, sed ex alio.

» καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ᾽ ὕστερον οὔνομα θήρη
» μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

Ex quibus duo intelligis ex Thera scilicet profectum Battum Cyrenen ædificasse, uti ipse paulò post testabitur. deinde ipsum ex Cyrene oriundum esse, quod ipse quoque in his uersibus dicit. Strabo ibidem plura de Batto, & Cyrene. & paulò post de Callimacho Stephanus in libro de urbibus κυρήνη πόλις λιβύης ἀπὸ κυρήνης τῆς ὑψέως, ἢ κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίας. *ea autem de causa; illam appellat* βαθύγειον, *quia fœcunda est, quod etiam ex Strabone cognoscitur.*

38 Κόραξ ἡγήσατο) *Strabo nescio quid simile narrat de coruis, qui duces fuerunt Alexandro redeunti ex oraculo Hammonis. Idem & Q. Curtius his*
» *uerbis. Iamq; haud procul oraculi sede aberant, cum complures Corui agmini occurrunt, modico uolatu prima signa antecedentes, & modo humi residebant, cum lentius agmen incederet; modo se pennis leuabant, antecedentiumq; iterq; monstrantium ritu.*

Plutarchus quoque. κόρακες ἐκφανέντες ὑπελάμβανον τὴν ἡγεμονίαν τῆς πορείας. ἑπομένων μὲν ἔμπροσθε πετόμενοι, καὶ σπεύδοντες, ὑστεροῦντας δὲ καὶ βραδύνοντας ἀναμένοντες, ὃ δὲ ἦν θαυμασιώτατον, ὡς καλλισθένης φησὶ ταῖς φωναῖς ἀνακαλούμενοι τοὺς πλανωμένους νύκτωρ, καὶ κλάζον-

τις ἐς ἴχνος καθίσασαν τῆς πορέιας.

38 Δεξιὸς οἰκιστὴρ) *Hoc si referas ad coruum, ita intellige; qui ędificantibus iter monstrauit, & felix omen prædixit. potest tamen etiam rectè referri ad Apollinem.*

40 Περιβόσκεται αἴθρακα.) *Voluit per hoc significare nunquam contegi, neque ideò, extingui ignem. ac re uera physicè locutus est, nam paulatim ignem absumit Cinis. Aristoteles in libro* περὶ γήρως, θανάτου, καὶ ζωῆς, *ait.*
παράδειγμα δ᾽ ἐκ τούτου λαμβάνειν δεῖ, τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν καταπνιγομένων αἴθράκων. αἳ μὲν γὰρ ὦσι παραπεπωμασμένοι τῷ καλουμένῳ πνίγει συνεχῶς, ἀποσβέννυνται ταχέως, αἲ δὲ παράλληλά τις ποιεῖ πυκνὰ τὴν ἀφαίρεσιν, καὶ τὴν ἐπίθεσιν, μένουσι πεπυρωμένοι πολὺν χρόνον. ἡ δὲ κρύψις σώζει τὸ πῦρ. οὔτε γὰρ ἀποπνεῖν κωλύεται διὰ τὴν μανότητα τῆς τέφρας, ἀντιφράττει τε τῷ πέριξ ἀέρι πρὸς τὸ μὴ σβεννύναι τῷ πλήθει τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῷ θερμότητος. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης, ὅτι τὸ ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγκρυπτομένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρί. τὸ μὲν γὰρ μαραίνεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον, εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι.

41 Αέναον πῦρ) *semper fluens ignis. q̄d de aquis propriè dicitur. hinc Aristophanes ait.* ἀέναοι νεφέλαι. *Aristoteles in lib. de uita, & morte, fluere ait ignem*
» *sicuti aquam.* τὸ δὲ πῦρ ἀεὶ διατελεῖ γινόμενον, καὶ
» ῥέον, ὥσπερ ποταμός.

42 Κυρνῆς) *fontem intelligit Cyrnen. Alij scribunt* κυρῆς, *& rectius fortasse. Erat Cyre fons in ijs locis, ubi ædificata postea fuit Cyrene. Stepha.* κυρήνη πόλις λυβίας ἀπὸ τῆς κυρήνης τῆς ὑψέως, ἢ κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίας.

43 Βοῶν σίνιν εὐρυπύλοιο) *de Eurypylo lege in scholys Apollonij argon. numero 97. item Pindarum 4. Ode Pythiorum.*

44 Οὐ κείνου χορὸν εἶδε θεώτερον) *de alio choro Apollinis mētionem facit Apollonius, libro primo, de quo in scholijs, numero 22.*

45 Δαιμόνιος θὴρ) *de hac re plura Ouidius libro primo Metam. Apollonius libro secundo, in scholijs numero 34. Item Plutarchus in quæstionibus græcis.*

46 Ἄκρον ἄωτον) *Theocritus in Hyla.* θεῖος ἄωτος ἡρώων. *Pindarus prima Ode,* ἀγλαΐζεται δὲ καὶ ἐν μουσικᾶς ἀώτῳ.

47 Ὁ δὲ μῶμος) *de Momo plura Lucianus in dialogo qui inscribitur.* ἐκκλησία τῶν θεῶν. ἵν' ὁ φθόρος.) *in alio scribitur* φθόνος.

IN HYMNUM DIANÆ.

Erimus aliquantò breuiores in his, quòd non est in animo cuncta apponere; ne plus æquo seduli in hac re fuisse uideamur.

48 Εν οὔρεσιν ἐψιάασθαι.) *in alio scribitur* ὑψιάασθαι.

49 Δὸς δ' ἰοὺς καὶ τόξα.) *Homerus* ὀδυσ. λ.
» δὸς δέ μοι οὔρεα πάντα
Homerus ὀδυ. ζ.

50 Οὔρεσιν οἰκήσω) Horatius libro.iij.

51 Ὠδίνεσσι γυναῖκας τειρομέναις καλέουσι.) Theocritus in Idyll. quod inscribitur. δάφνιδος, καὶ νηΐδος.

52 Αὖθι δὲ κύκλωπας μετεκίαθε) Apollonius libro primo numero 28.

53 Ἀλώπηξ) Nō hoc de Vulpe dictū in Etymologico

54 τὴν δὲ μίαν κελάδοντος) de hac re uide scholia Apoll.lib.primo, numero 37.

55 Ῥάγος κεραύνιος) in alio scribitur κερωέσιος.

56 Κτήνεα καὶ λίμος) in alio λοιμός.

57 Θεοδάμαντι) Vide Apoll.lib.primo numero 49.

58 σοὶ δ' ἀμνισιάδων μὲν ὑπὸ ζεύγλῃ καλυθείσας.) Post hunc uersum in multis codicibus sequitur hic, qui in nonnullis deest.

» τήχουσιν κεμάδας, περὶ δὲ σφισι πουλὺ νέμεσθαι.

59 Καὶ μὴν κυρίην ἐγαρίσαο) in alio scribitur ἐπαρίσαο.

60 Ἀντίκλειαν) Homerus ὀδυσ.lib.λ. ubi cognoscis hanc fuisse comitem Dianæ.

61 Σοὶ καὶ ἀμαζονίδων) Apollonius libro secundo numero 53. & numero 46.

62 Οὐδὲ γὰρ οἰνεῦ) De Oeneo apud Lucianum in symposio. & in libro περὶ θυσιῶν.

De Agamemnone, Idem Lucianus in eodem.

63 Ὦτος) De Oto Homerus libro ὀδυσ. λ.

Item Pindarus Ode quarta Pythiorum.

64 Ὠαρίων) de cæde orionis Homerus lib.iiij.ὀδυ.et in libro scholiorum Iliados.vi. & in lib.λ.ὀδυσσείας.

65 Δῆλον) de Delo uide in Etymologico. de eadem apud Ciceronem in sexta in Verr. Item in schol. Homeri Iliad. libro primo, in uerbo
» λητοῦς καὶ διὸς υἱός.

66 Ροίῃ ἐναπλέξωσι) Homerus in hymno Apollinis.

67 Λητοῖ δὲ διακειδὼν) Lucianus. Car. 42. Vnde dicatur λητὼ uide in Etymologico.

68 Γαῖαν ὑποπλεύοντες) in alio scribit ὑποπλοίοντες.

69 Αμπωτις) ἀνάπαυσις ξηρὰ, ὅπου ἀναποδίζει τὸ ὕδωρ καὶ πάλιν ἔρχεται.
» ἢ ἰσχρίθμοι
» τέρεσιν, ἠϊόνα πλεῖστα κατ' ἠέρα βουκολέονται,
» φρύγεια, καὶ κῶμαι λοκρῶν καὶ δελφίδες ἄκραι
» καὶ παιδία κειοσαῖα, καὶ ἠπείροιο φάραγγες
» ἀμφιπεριστείνονται.

Sic in manuscripto apud me integra habentur, hæc, cũ in uulgatis sint mutila. Et Paulò post.
» ἀλλ' ἔτι τοι μετόπισθε γεραίστιον εἵπετο φῦκος,
» ἔστης δ' ἐν μέσσῃσι, κατωκτείρασα δὲ λητὼ
» φῦκον ἅπαν φλέξας, ἀπὸ πεικαίεο πυρί.

70 » Λύσατο δὲ ζώνην, ἀπὸ δ' ἐκλίνθη πάλιν ὤμοις.
» φοίνικος ποτὶ πρέμνον) Stephanus de urbibus in uerbo ζωστήρ. Vide præterea huius rei declarationem in commentarijs Apollonij, numero 42. libro primo. De Latonæ uero partu lege libro primo in scholijs Iliados Homeri. ubi περὶ φοίνικος δένδρου fit mentio. Verba in scholijs Apollonij, quoniam plurimum
» faciunt ad rem, apponam. ἔθος ἐστὶ ταῖς κυούσαις

» τῶν παρακειμένων λαμβάνεσθαι, καὶ ἀποκρυφί-
» ζειν ἑαυτὰς τῶν ἀληθινῶν. ὡς καὶ λητὼ ἔλαβε
» το τοῦ φοίνικος.

IN LAVACRA PALLADIS.

71 *Hymnum hunc elegis uersibus conscriptum ita aptè uertit olim* Politianus, *ut nihil immutari possit. Fragmentum erat, ex loco mutilo, unius carminis, quod tamen suppleuit* Politianus, *& si in græco non apposuit. In meo sic integri leguntur.*

» ἀλλὰ Διὸς κορυφά· κορυφὰ Διὸς ὦκ' ἐπινεύει
» ἔμπεδον ὁσαύτως, ὧκεν ἁ θυγάτηρ.

Politianus sic uertit.

Imò Iouis uertex, uertex Iouis omnia nutu
Perficit, & natæ prorsus idem licitum.

Non dissimili planè sensu, Sicuti est uidere.

72 *In eo uersu.*

μάτηρ μὲν γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων)

scribitur aliter οἶκτον. *Paulò post.*

ὀστέα μάτηρ δέξεῖται.

habetur in alio λεξεῖται, *sicuti legisse uidetur* Polit.

IN HYMNVM CERERIS.

73 *Possent à me multa dici, si interpretari liberet hũc hymnum. Sed cupio iam his modum facere iamdudum. In eo uersu.*

» τρὶς δ' αὖτι καλλιχόροιο χαμάδις καθίσαο φρητί.

alia est lectio.

» τρὶς δ' αὖτι καλλίστην σκελῶν πόλιν ἤλυθες ἔννεα. *Libuit pauca hæc in hymnos* Callimachi. *Iamdiu à me excogitata deplomere.*

ut cognosceret Floridus meus, qualem ego tandem in Callimacho suscepissem laborem; eumq́; acri suo iudicio, sicuti cætera omnia, diligenter examinaret.

LOCVS LVCRETII DECLARATVS.

Lucretius doctissimus ac uenustissimus Poeta libro quarto, ubi amatores ait decipi in uitijs earum, quas amant; post multa, subiungit.

» At flagrans, odiosa, loquacula, λαμπάδιον fit. Hunc locum cum legerem, uenit mihi in mentem, quiddam quod narrat haud præter hanc rem Iulius pollux. libro quarto ὀνομαστικῶν, ubi loquitur de personis Comicis, quales esse debeant. ait enim.

» τὸ δὲ ἑταιρίδιον ἀκαλλώπιστον ἐστὶ, ταινιδίῳ τὴν
» κεφαλὴν περιεσφιγμένον· ἡ δὲ διάχρυσος ἑταί-
» ρα πολὺν ἔχει τὸν χρυσὸν ἐπὶ τῇ κόμῃ· ἡ δὲ διάμι-
» τρος ἑταίρα ποικίλῃ τὴν κεφαλὴν κατείληπται.
» τὸ δὲ λαμπάδιον ἰδέαν τριχῶν ἔχει πλέγματος εἰς
» ὀξὺ ἀπολήγοντος, ἀφ᾽ οὗ καὶ κέκληται. Postrema hæc Pollucis uerba siquis consideret diligenter, uideat multum spectare ad Lucretij locum. Vertissem ego hæc in latinum; sed cum ab initio illud mihi proposuerim, ut nihil uertam; sat esse existimabo, si à græce eruditis intelligantur: nam cæteros ego uix ausim appellare doctos, qui tantum latinè sciunt.

LOCVS TIBVLLI DECLARATVS.

Versus hi Tibulli positi sunt lib. primo, elegia nona.

Nec tibi cœlanti fas sit peccare: paranti
Sit Deus occultos, qui uetat esse dolos:

Sic distinguūtur in impressis codicibus. interpres uero

prætermisit,

prætermisit, credo, quod existimaret adeo planum etiam, ac facilem sensum, ut nulla egerent interpretatione. Mihi uero attentius consideranti uidebatur sensus aut obscurus, aut propè nullus erui posse, si ita distinguerentur. quod uerissimum esse mihi postea demõstrarunt manuscripti codices, in ijs enim ita habentur.

Nec tibi cœlanti *fas sit peccare paranti:*
Est Deus *occultos, qui uetat esse dolos.*

Non *displicuit mihi hæc lectio, quæ & si imperitis primum uideri possit duriuscula; est tamen usitata apud latinos, & græcismum frequentem redolet.* Lucr. *libro quinto sic locutus est.*

» *quid ve mali fuerat nobis non esse creatis?*

Erit igitur ordo in illis carminibus hic. Nec *tibi paranti peccare sit fas cœlanti scilicet esse, quasi non liceat tibi cœlare quod peccare paras, quoniam id uetat* Deus. Posset *fortasse etiam legi, cœlandi. Sit fas cœlandi, pro cœlare. Sic certe locutus est* Cice-
» *ro.* Cum *in animo haberem nauigandi, pro nauigare. Sub priore etiam formula sic protulit scribens ad Atti*
» *cum.* Mihi *negligenti esse non licet.* In *alio manuscripto exemplari uidi non cœlanti, nec cœlandi, sed iuranti esse scriptum.* Neque *uero me latet, si interpungatur*
» *ut antea, & legatur Sit; existere hunc sensum.*

Nec tibi cœlanti fas sit peccare paranti
Scilicet peccare, sit Deus, pro adsit. qui uetet dolos esse occultos, ut etiam fortasse possit addi in fine prioris uersus, ad, sic.

» *Nec tibi cœlanti fas sit peccare. paranti ad-*

» *Sit Deus, occultos qui uetet esse dolos.*

Sed quia hæc adiectio est prçter fidem codicum, libenter sequor prius à me expositam, & authoritate aliorum comprobatam lectionem: quòd scio solere Tibullum *firmulis uti loquendi admodum nouis, at* politis, *è græcoq; sermone sumptis.*

LOCA TRIA ANIMADVERSA
atq; emendata apud eundem Tibullum. Eleg. 2. lib. primi.

C*Onferebamus paucis ab hinc diebus domi meæ ego, & multi familiares nostri multos simul* Tibulli *codices manuscriptos, excerpebamusq;, siquid erat ad notatu dignum; animaduerti ego in tertio uersu secundæ elegiæ ubi legitur,*

» Neu quisquam multo perfusum tempora Baccho

» Excitet.

legi rectè in alio percussum. statim enim obuersata est animo græca dictio, quam latinè expressisse mihi uidebatur ingeniosus poeta, οἰνοπλὴξ. *Solent enim græci* οἰνοπλῆγας *appellare, qui uino sunt percussi, si libet sic exprimere. quando ita etiam uertisse iudicamus* Tibullum. *Apponerem eius dictionis exemplum; nisi passim uiderem poni apud græcos. satis igitur sit monuisse doctos huius rei.* Nec dissimili ratione crediderim

» Horatium dixisse. Amore perculsum graui. *quasi* ἐρωτοπλὴξ *à græcis dicatur.* ἁλιπλὴξ *est apud* Callimachum *ubi de Delo insula loquitur,* παραπλὴξ *apud* Sophoclem *in* Aiace. Cicero *sæpe aliquem dicit esse metu perculsum, animo, mente, quasi* φοβοπλὴξ,

νοοπλὴξ. In eadem elegia sic leguntur uersus hi:

Illa uiro coràm nutus conferre loquaces,
Blandaq; compositis addere uerba notis.

Sed in manuscripto est, Abdere. qua ex dictione pulcherrimus poetæ restituitur sensus. nam sicuti antea dixit. nutus loquaces; ita paulò post subiunxit, Abdere uerba notis compositis. sub illis enim notis, ac gesticulationibus amatorum absconduntur multi sermones, quos ipsi non secus intelligunt, ac si ore proferrentur. In uersu, qui statim sequitur, sic legitur.

» Nec docet hoc omnes, sed quos nec inertia tardat,
» Nec uetat obscura surgere nocte timor:

Habebat manuscriptus liber

» Nec docet hoc omnes.

Rectissimè, uti est uidere: nam unius literæ mutatione peruertebatur politissimus poetæ sensus. Antea dixerat.

Illa docet furtim molli discedere lecto.

Repetit igitur uenustissimè.

Nec docet hoc omnes.

Duplicem hanc lectionem emendatam, præseferebat codex manuscriptus, quem habet Ioannes Baptista Busdragus Lucensis auditor meus, iuuenis singulari probitate, ac ingenio. non est autem uetustus admodum, uti uidetur; Verum. πολλάκι καὶ κηπωρὸς μάλα καίρια εἶπεν.

CATVLLI LOCVS DECLARATVS.

VErsus hi Catulli sunt.

» *Nunc eum uolo de tuo ponte mittere pronum,*
» *Si potest olidum repente excitare ueternum.*
» *Et supinum animum in graui relinquere cœno.*

quos declarat in suo illo grandi uolumine lectionum antiquarum Cœlius Rhodiginus, ex Aristotelis problemate, in quo doctissimus uir quærit. Cur alæ omnium partium nostri corporis maxime fœteant, ac olidæ sint. quod ex quiete fieri ostendit. Ingeniosè quidem, ac doctè hæc Cœlius dixit. quoniam uerò semper existimaui eum locum ita esse intelligendum, ut olidum dixerit ueternum, quod graueolentibus rebus maxime excutitur, & depellitur; putaui me operæpretium facturum, si hic apponerem ex Aristophane locum sanè lepidum in quo talis res declarari uidetur. Aristophanis paucula uerba hæc sunt in Pluto.

» μινθώσομεν θ' ὥσπερ τράγου
» τὴν ῥῖνα.
» *quæ ita declarantur in scholijs.* μίνθος λέγεται ἡ
» κόπρος τῶν αἰγῶν, ἐπειδὰν δὲ οἱ τράγοι ψυγμῷ περι
» πέσωσιν, εἰώθασιν οἱ αἰπόλοι λαμβάνειν τὴν κόπρον
» αὐτοῦ. καὶ χρίειν αὐτοῦ τοὺς μυκτῆρας. καὶ οὕτως τῇ δυσω
» δίᾳ πταρμὸν κινεῖν, τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ λύει τὸ πά
» θος· ὁ γὰρ πταρμὸς θεραπεύει τὸ πάθος. ἄλλως. κο
» πρώσομεν. μίνθος γὰρ ἄνθος ἐν τῇ κόπρῳ φυόμε
» νον, ᾧ χαίρουσιν οἱ τράγοι, οἱ δὲ μίνθον φασὶ τὴν ἀν
» θρωπίνην κόπρον, ᾗ χρῶνται παρατρίβοντες οἱ ποι
» μένες πρὸς δυσεργεῖ τῶν τράγων πταρμῷ.

Ex quibus colligimus stuporem ac ueternum graueolentia excitari. quod apertius demonstrat se intellexisse Catullus in sequenti uersiculo.

Et supinum animum in graui relinquere cœno.

Hæc apposui, non ut Cœlij uiri doctissimi, industriam in hoc loco declarando improbarem; uerum ut & ego, si possem, aliqua ex parte iuuarem studiosos bonarum literarum.

LOCVS HORATII IN Poetice declaratus.

QVo loco Horatius, quale debeat esse chori officium in Tragœdia declarat, sic ait.

Authoris partes chorus, officiumq; uirile
Defendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat aptè.
Ille bonis faueatq;, & concilietur amicè
Et regat iratos, & amet peccare timenteis,
Ille dapes laudet mensæ breuis, ille salubrem
Iustitiam, legesq;, & apertis ocia portis.
Ille tegat commissa, Deosq; precetur, & oret,
Vt redeat miseris, abeat fortuna superbis.

Hoc ipsum et affirmat Arist. in problematis, sectione 35, ubi quærit; cur in Tragœdiarum choris neque subdorio, neque subphrygio cātandi genere uti cōsueuerint, ait. n. Subphrygios modulos ad furorē cōcitare, et ad arma. Subdoriū uero concentū stabile quiddā cōstans, ac magnificum sonare. Ideo non conuenire choris, qui omnia pacatè, humiliter, & flebiliter agunt. Non recipit enim chorus personas Heroum, aut ducum; sed po-

pularium hominum, & ignobilium. qui aliorum præsto sint incommodis. Conuenire igitur *Choro concentum, quem ueteres* Mixolydium *uocabant, asserit* Aristoteles; *est enim Chorus ueluti cliens quidam, curatorq; ociosus, quippè qui beneuolentiam duntaxat ijs exhibeat, quibus adest: quæ uerba siquis consideret attentius; uideat idem ab* Aristotele *fuisse dictum, quod ab* Horatio. Idem *subinnuit* Aristoteles *in libro poetices his uerbis.*

» στάσιμον δὲ μέλος χοροῦ, τὸ ἄνευ
» ἀναπαίστου, καὶ τροχαίου. κόμμος δὲ θρῆνος κοι-
» νὸς χοροῦ, καὶ ἀπὸ σκηνῆς. Aliquantò post. καὶ
» τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκειτῶν.
» καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι,
» μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφο-
» κλεῖ. τοῖς δὲ λοιποῖς τὰ διδόμενα μᾶλλον τοῦ μύ-
» θου, ἢ ἄλλης τραγῳδίας ἐστί. δι' ὃ ἐμβόλιμα ᾄδου-
» σι, πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου. καί-
» τοι τί διαφέρει, ἢ ἐμβόλιμα ᾄδειν, ἢ ῥῆσιν ἐξ ἄλ-
» λου, εἰς ἄλλο ἁρμόττοι, ἢ ἐπεισόδιον ὅλον.

His *ita expositis ex* Aristotelis *sententia; subijciam exempla singulis præceptionibus* Horatianis *de officijs Chori, atque ea ex* Sophocle, *quem omnium maxime probat* Aristoteles, *hac præsertim in re, ut licet perspicere ex superioribus uerbis, quæ apposui. Ac ne mihi omnes eius tragœdias nominare sit necesse, ex* Aiace & Electra *tantum, omnia proferamus exempla, sic enim res tota erit facilior, ac certior.*

Authoris partes) duplex potest esse sensus horum uerborum. uel utdicat, Chorum exequi partes poetæ, cui

cum in dramatis tragicis nihil relinquatur loci, si quę tamen dici uideantur debere à Poeta,*id proferatur à* Choro. Vt *tres illi uersus extremi.*

» ἦ πολλὰ βροτοῖς ἔστιν ἰδοῦσιν
» γνῶναι, πρὶν ἰδεῖν δ' οὐδεὶς μάντις
» τῶν μελλόντων ὅ,τι πράξει.

Vel,*quod magis probo,ut chorus exequatur partes au thoris,id est suadentis,& dissuadentis, quid sit agen dum,uel non agendum.*

Huius *rei exemplum est in primo choro* Aiacis.

» τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου
» σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου.
» σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω.
» σὲ δ' ὅταν πληγὴ διὸς,
& quæ sequuntur.

Officiumq; virile)*huius uirilis officij uestigia in hoc eo dem loco apparent. grauiter enim illum castigat cho rus,monetq; ut nihil indignum suis maioribus & glo ria ante parta agat.*

Neu quid medios intercinat actus.)*iam hoc declara tum est ex Aristotele, qui monet nequid sit in tragœ dia dictum à* Choro ἐμβόλιμον. Vitium *hoc egregiè uitauit* Sophocles. *atque ideo laudatur ab* Aristotele.

Illa bonis faueat)*ut in* Electra.*cum audisset chorus mul ta contumeliosè dicta à* Clytemnestra *in* Electram, *quæ lugebat mortem patris, fauẽs* Electræ,*ac detestans Cly temnestræ scelus,atq; improbitatem ait;*

» ποῦ ποτε κεραυνοὶ διὸς, ἢ ποῦ φαέθων

» ἥλιος, ἃ ταῦτ' ἐφορῶντες; κρύπτουσιν ἔκηλοι.
& illic. εἰ μὴ ἐγὼ παράφρων
» μάντις ἔφυν, καὶ γνώμας
» λειπομένα σοφᾶς
» εἶσιν ἁ πρόμαντις.
» Δίκα, δίκαια φερομένα χεροῖν κράτη.

Vaticinatur enim exilium Ægistho, et clytemnestrę ob illorum nefandum scelus; quod ubique detestatur,

» Concilietur Amicè) id est magnam præseferat erga suos beneuolentiam, ac iuuandi studium. ut cum Chorus Aiacem quæritans diu frustra prę nimio desiderio ita exclamat.

» τίς ἂν δή μοι, τίς ἂν
» φιλοπόνων ἁλιαδᾶν
» ἔχων ἀΰπνους ἄγρας,
» ἢ τίς Ὀλυμπιάδων θεῶν, ἢ ῥυτῶν
» βοσπορίων ποταμῶν ἴδρις,
» τὸν ὠμόθυμον, εἴποθι πλαζόμενον
» λεύσσων, ἀπύοι;
» σχέτλια γὰρ ἐμέ γε τῶν μικρῶν ἀλάταν
» πόνων, οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ,
» ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου. & illic.
» χωρεῖν ἕτοιμος, κοὐ λόγῳ δείξω μόνον.
» τάχος γὰρ ἔργον, καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται.

Et regat iratos) ut chorus in Aiace Menelaum iratum, ac contendentem cum Teucro, lenit his uerbis.

» μενέλαε μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς,
» εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.

Paulo post, in altercatione Agamemnonis, & Teucri.

» ἄθ' ὑμῖν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν
» τούτου γὰρ οὐδὲν σφῷν ἔχω λῷον φράσαι.

Et illic, ubi iratus Aiax à se reijcit Tecmessam, inquit Chorus.

» Αἴας ἔχειν σ' ἂν οἶκτον ὡς κἀγὼ φρενί.
» θέλοιμ' ἄν· αἰνοίης γὰρ ἂν τὰ τῆσδ' ἔπη. Et illic.
» ὦ πρὸς θεῶν ὕπεικε, καὶ φρόνησον εὖ.

Et amet peccare timentes) id est uiros bonos.

Laudatur à Choro Vlysses, qui quamuis infestissimus esset Aiaci dum uiueret; contentionem tamen diremit ortam inter Teucrum, & Agamemnonem, ab eoq; impetrauit, ut humaretur Aiax.

» ὅστις σ', Ὀδυσσεῦ, μὴ λέγει γνώμῃ σοφὸν
» φῦναι τοιοῦτον ὄντα, μῶρός ἐστ' ἀνήρ.

Et illud in Electra.

» πρὸς εὐσέβειαν ἡ κόρη λέγει· σὺ δὲ
» εἰ σωφρονήσεις, ὦ φίλη, δράσεις τάδε.

In ijs quæ sequuntur Horatij Carminibus sensus est, ut Chorus se fidei plenum & amoris ostendat. ut

» ἀλλ' οὖν εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ
» μάτηρ ὡσεί τις πιστὰ
» μὴ τίκτειν σ' ἄταν ἄταις.

Præterea sit uirtutum omnium laudator, pietatis, parsimoniæ, iustitiæ, æquitatis. Optet bonis felicitatem. Malis exitium imprecetur. Horum exempla, qui uolet, petat ex Sophocle. nam nos de his rebus fortasse etiam nimis multa diximus. Vnum uidetur omisisse Horatius, quod potissimum est Chori officium apud Sophoclem; solari eos, qui discruciantur.

in hoc plurimum uersantur chori sermones. sed de his hactenus.

LOCVS ARISTOTELIS IN Rhetoricis ad Theodecten emendatus, ac declaratus.

ARistoteles libro tertio Rhet. quo loco περὶ μεταφορῶν agit, singulisq; exempla subijcit; Pitholai recenset dictum his uerbis. καὶ πειθόλαος τὴν πάραλον τοῦ μύδου. τὸν δὲ στηνὸν τηλίαν τοῦ πειραιέως. καὶ περικλῆς τὴν αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε τὴν λήμην τοῦ πειραιέως. Tria hæc dicta ideo adnotaui; quòd spero opera mea, è primo, cum nullus, si sic legatur, sensus elici possit; sublatum iri omnem errorem, ac obscuritatem. Etsi de secundo nihil habeo probabile, quod dicam. De tertio expungendam peruersam interpretationem Trapezuntij. Atque, ut iam res pateat; sciant studiosi accepisse me à quodam viro docto, & bono, qui Patauij olim auditor fuit eruditissimi viri Benedicti Lampridij; dum hos Aristotelis libros interpretaretur; solitum illum existimare inuersas dictiones, esseq; legendum ῥόπαλον τοῦ δήμου. atque id ex peruetusto codice manuscripto se obseruasse. Ego nuper cum offendissem, opera quorundam meorum familiarium Aristotelis hos tres libros, & poeticen simul, atque Oeconomica; animaduerti esse adscriptum præter superiores dictiones, & hanc, quæ est in impressis. τὴν πάραλον. sed nimirum puto auditorem illum Lampri-

dij, cum ab eo esset integer prolatus, in excipiendis
uerbis lapsum. nam quis non uideat ita debere omni-
no legi: καὶ πειθόλαος τὴν πάραλον ῥόπαλον
τοῦ δήμου. *id est Pitholaus dicere solitus est. mariti-*
mam oram clauam esse, ac robur populi. In altero
dicto, quoniam minus intelligo quid sibi uelit per στη-
στὸν, *sitq; ita in meo scriptum; tollere mendum non po-*
tui. Videbunt *igitur doctiores. nam* σηστὸν *esse*
legendum, adduci non possum, ut credam. In tertio
dicto lapsus est turpissime Trapezuntius. *uertit*
» *enim sic.* Et *Pericles Æginam dixit tollendam esse Pi-*
» *ræi pestem. cum legatur,* λήμην. *Dij boni quàm*
indoctè. lippitudinem enim uerti oportebat.
Hoc *Periclis dictum recenset* Plutarchus *in uita De-*
» *mosthenis his uerbis.* καὶ τὴν αἴγιναν, ἣν τῶν
» ἀττικῶν τις ἐκέλευεν, ὡς λήμην τοῦ πειραι-
ῶς. *Verum & illud certè cognitu dignum, su-*
periora non uertisse Trapezuntium: *solet enim ille*
obscura prætermittere. quis non magnopere detestetur
talem impostorem?

VERSVS TIBVLLI DECLARATI.

NEmo *est paulò doctior, qui non hæsitarit in illis* Ti*bulli uersibus, qui sunt positi lib. i. elegia prima.*

Iam modo non possum contentus uiuere paruo,
Nec semper longæ deditus esse uiæ.

Alij placuit illam dictionem, modo, mutare in, nunc. ut
Iam nunc non possum. Sed repugnat sensui poetæ.
nam se paupertate contentũ esse sua affirmat, diuitiasq;
negligere. Alij sic legunt, ut parenthesis esse debeat in

ijs dictionibus.(Iam modo non)Ex hac lectione existit probabilis sensus. sicuti est uidere. Verum præter fidē codicum,atq; ullam necessitatem excogitata est illa parenthesis.neque si Poeta dixit se diuitem antea fuisse, propterea etiam dixit; se ante non uixisse contentum paruo. Narrauit mihi quidam satapaulas simillimus Xenophonteio illi, audisse se à doctis quibusdam; modo non, tantundem significare ac μονονουχὶ apud græcos. sed neque hoc ad rem nostram pertinet. cognoscunt ij qui græcas literas intelligunt. Hæc alij:ego uero cum legerem librum sextum Commē-
„ tariorum Cæsaris; incidi in illa uerba. Illi ubi præter
„ spem,quos fugere credebant, infestis signis ad se ire
„ uiderunt,impetum modo ferre non potuerunt,ac pri-
„ mo concursu in fugam coniecti proximas syluas peti-
„ uerunt.qui attentè legerit illas dictiones; impetum modo ferre non potuerunt.uidebit illic esse eandem loquēdi formulam, quę est apud Tibullum,modo nō.quæ uerba apud Cæsarem significant,ne quidem. sic; ne impetum quidem ferre potuerunt. Elucidabūt fortasse etiam Tibulli locum; sed clarius apparebit res tota, si ad structuram redigantur dictiones; sic: Iam ne quidem possum non uiuere contentus paruo. quasi sensus sit. Equidem etiam si maxime uellem,non possem uiuere,nisi cō tentus paruo.Hæc sententia probatur ex ijs, quæ superius dicta sunt à poeta, & paulò post dicuntur.

LOCVS CÆSARIS DECLARATVS.

„ RVrsus resistentibus nostris, consuetudine sua
„ ad pedes desiluerunt.Subfossis equis,complu-

„ ribusq́; nostris disiectis reliquos in fugam coniecerũt. Verba hęc sunt in cõmentarijs Cęsaris libro quarto. in quibus libet explicare quid sit subfodere equos: atque ut id commodius fiat; ascribam Luciani uerba, in quibus tale quoddam certamen peditis cum equite describitur, ut uidere possit unusquisq; quomodo à peditibus subfoderentur equi. Loquitur de Arsace Medorum præfecto, qui à Thrace pedite unà cum equo subfossus fuit.

„ ὁ μὲν ἀρσάκης ἐπήλαυνεν πολὺ τῶν ἄλλων προϋ-
„ πεξορμήσας ὑποστὰς δὲ ὁ θρᾷξ τῇ πέλτῃ μὲν ὑπο-
„ δὺς ἀποσείεται τὸν ἀρσάκου κοντόν. οὗτος δὲ
„ ὑποθεὶς τὴν σάρισσαν, αὐτόν τε διαπείρει, καὶ τὸν
„ ἵππον. Paulò post. ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν εἰκοσά-
„ πηχόν τινα κοντὸν προβεβλημένος. ὁ θρᾷξ δὲ ἐπει-
„ δὴ τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τὴν προσβολὴν, καὶ
„ παρῆλθεν αὐτὸν ἡ ἀκωκὴ, ἐς γόνυ ὀκλάσας δέχε-
„ ται τῇ σαρίσσῃ τὴν ἐπέλασιν, καὶ τιτρώσκει τὸν ἵπ-
„ πον ὑπὸ τὸ στέρνον, ὑπὸ θυμοῦ καὶ σφοδρότητος
„ ἑαυτὸν διαπείραντα. διελαύνεται δὲ καὶ ὁ ἀρσά-
„ κης ἐς τὸν βουβῶνα διαμπὰξ ἄχρις ὑπὸ τὴν πυγὴν.

potuissem & alia multa in medium afferre; Verum, quoniam satis dilucide ex hoc res tota perspicitur; omisi.

LOCVS ARISTOTELIS IN OECOnomice declaratus.

VErtit olim in latinum sermonem Aristotelis οἰκονομικὰ Aretinus uir doctissimus, in qua uersione cum multa animaduertisset nuper Bernardinus Donatus aut parum latine prolata, aut perperam uersa; no-

uum suscepit uertendi laborem. Vtriusq; conuersionem cum in manibus haberem, & cum græco contextu conferrem, animaduerti in ipso statim initio, neque Aretinum, neque Donatum satis uidisse; qua ratione duæ hæ dictiones οἰκονομικὴ, καὶ πολιτικὴ latine uertantur. cum enim dicat Aristoteles ἡ οἰκονομικὴ, καὶ πολιτικὴ διαφέρει; transtulerunt illi. Res familiaris & publica ita differunt. Hoc si quis consideret, tam est absurdum, quàm si quis χαλκευτικὴν, id est ærariam artem ἀντὶ χαλκοῦ acciperet, aut artis subiectam materiam proferret pro arte. πολιτικὴ enim habet sibi suppositam materiam, in qua uersatur, remp. οἰκονομικὴ uero rem familiarem. Latini sic proferunt has duas dictiones; ea philosophiæ pars; quæ ad res domesticas & familiares pertinet; quæ ad remp. spectat. & Cicero cum rem familiarem et rempublicã dicit, non in eum profert sensum, sicut patet his exemplis libro primo Tusc. quæst. Res domesticas & familiares nos profecto tuemur, & melius, & lautius. Paulò post. Rem uero publicam nostri maiores melioribus temperauerunt & institutis, & legibus. Alia sunt præter hæc innumerabilia. Idem Cicero πολιτικὴν libro de inuent. ciuilem rationem, & ciuilem scientiam dicit, nec me latet hoc aliter interpretari Quintilianum; quem alibi confutabimus.

LOCVS DECLARATVS IN POETICES Aristotelis uersione.

VErba Aristotelis hæc sunt in libro poetices. ἀπὸ δὲ τινῶν οἱ πᾶσι χρῶνται τοῖς εἰρημένοις, λέ

» γὼ δὲ οἷον ῥυθμῷ, καὶ μέλει, καὶ μέτρῳ, ὥστε ἥ τε τ
» διθυραμβικῶν ποίησις, καὶ ἡ τῶν νόμων, καὶ ἡ τραγῳδία
» καὶ κωμῳδία. quæ sic uertit Paccius. Sunt uero, qui his
» omnibus promiscue utãtur, numero dico, harmonia, me
» tro, ut dithyramborum, Mimorũ ue, poesis. tragœdia in
» sup, etiam comœdia. Paulò post. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν δι
» θυράμβους, καὶ τῶν νόμους. quæ sic uersa sunt à Paccio. Pa
ri ratione, & qui dithyrãbos, & mimos &c. quibus in
locis cum plurimum decoris & uenustatis habeat di=
ctio illa τῶν νόμων ποίησις. nõ satis intelligens Paccius
qualis esset νόμων ποίησις, secutus est alteram dictio=
nem μίμων. Sed si quis diligenter attẽdat, uidebit Ari
stotelẽ legum poemata uoluisse hoc loco intelligere. In
problematis Aristoteles quærit Cur νόμοι pleræq; can
tilenæ appellentur. ait q; hõies priusq̃ literas scirent, le
ges cantare cõsueuisse, ne eas obliuioni mãdarent; eũq;
morẽ adhuc esse apud Agathyrsõs. Iã uero si cõferat
quis hunc locũ cũ superiore, uidebit Aristotelẽ intellige
re poemata legũ, quæ cantabantur uu'gò. hoc multò ma
gis cõfirmatur, quia inquit ῥυθμῷ, καὶ μέλει, καὶ μέτρῳ
quæ oĩa efficiunt cantilenã. Neq; aũt me latet Mimos
appellatũ genus comœdiæ ab imitatione (ut inquit Do=
natus Terẽtij interpres) uiliũ rerũ, & leuiũ psonarũ: sed
hoc multò magis demõstrat debere legi νόμων. nã cum
Aristoteles dixerit καὶ ἡ κωμῳδία, hac dictione cõple
xus est tanq̃ genere, Mimos, quæ una est species comœ=
diæ inter tot. frustra igitur nominata comœdia, addi=
disset eius speciem unam, inter tam multas, mimos.
Quales uero essent hæ legum cantilenæ, uersibus descri.

ptæ. patere potest, opinor ex elegis solonis legislatoris atheniensium carminibus. ea cum multis in locis dispersim leguntur. plurimum tamen habēt grauitatis, et leporis. quæ à Demosthene recitantur in oratione περὶ παραπρεσβείας contra Æschinem.

,, ἡμετέρα δὲ πόλις κατὰ μὲν διὸς οὔποτ' ὀλεῖται
,, αἴσαν, καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
,, τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη
,, παλλὰς ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.

& quæ sequuntur.

LOCVS CICERONIS IN EPIstola sexta ad Curionem libro secundo distinctus ac declaratus.

ETiam si Ciceronis epistolę, quæ uulgò familiares appellantur, nostra ætate à doctis, innumerabilibus propè mendis fuerunt expurgatæ, pristinoq; nitori restitutę, quæ laus maxima ex parte Petro victorio uiro eruditissimo est tribuenda; semper tamen aliquid sese offert attentè legentibus antiqua illarum epistolarum exemplaria. quod id ipsum nuper mihi contigit. nam cum peruetustum, quod domi habeo iamdiu exemplar conferrem cum impressis; incidi in ea verba, quæ sic leguntur distincta epistola septima libri secundi ad Cu-
,, rionem. Non uereor, ne quid timide, ne quid stultè fa-
,, cias, si ea defendes, quæ ipse recta esse senties. Quod
,, in id reip. tempus non incideris, sed ueneris (iudicio
,, enim tuo, non casu, in ipsum discrimen rerum contu-
,, listi tribunatum tuum) profectò uides, quanta uis in
,, rep. temporum sit, quanta uarietas rerum, quàm incer-

te exitus

ti exitus, quàm flexibiles hominum uoluntates, quid insidiarum, quid uanitatis, in uita non dubito quin cogites. Non dubito quin omnes, si attente legerint hæc uerba offendantur tam perplexo uerborum ordine, etiā sensu, qui & si aliquis uideri potest, non est tamen aptus, & concinnus. Meus ille sic habet ista uerba descripta, & interpuncta, quæ cum quispiam legerit, facilè iudicabit ita omnino esse legendum, & interpungendum locum hunc. *Non uereor, ne quid timidè, ne quid stulte, facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse senties, quod in id reip. tempus non incideris, sed ueneris, iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum: Profectò uides, quanta uis in rep. sit temporum, quanta uarietas rerum, quàm incerti exitus, quàm flexibiles hominum uoluntates, quid insidiarum, quid uanitatis in uita, non dubito, quin cogites.* Antea tres fiebant in hac oratione periodi. prima; Non uereor. Secunda; quod in id reip. tempus. Tertia, quāta uis in rep. temporum. adde quòd & una fiebat παρένθεσις; quæ disiungebat uerba. Nunc si ita legas, ut demonstraui; duæ tantum erunt periodi: prior, Nō uereor ne. Altera, Profectò uides quanta uis &c. quòd in id reip. tempus non incideris, sed ueneris; leuiter hęc uerba sunt interpungenda à superioribus. nam est ratio prioris propositionis. Iudicio enim tuo, non casu, est altera ratio proximarum dictionum. Sed ueneris. Profectò uides quanta uis in rep. quòd hinc sit sumendum alterius periodi initium patet ex perspicuitate. Cū enim duo contineat uerba hæc periodus. Vnum illic.

uides. Alterum in fine, cogites, uidetur elegantiſſime omnia diſtinxiſſe Cicero. Nam cum ait, quanta uis in rep. temporum ſit, quanta uarietas rerum, quàm incerti exitus, quàm flexibiles hominum uoluntates. Merito dixit; uides. iſthæc enim uidentur & oculis, & ſenſu. Cum uero ait, quid inſidiarum, quid uanitatis in uita, non dubito quin cogites. merito retulit ad cogitationem. inſidię enim & uanitas cum ſint occultæ, cogitatione ſapientum percipiuntur. Adde quòd plurimum eſt uenuſtatis in illa repetitiōe facta per uerba ſimilia quàm, quanta, q̄. rurſus cum ad ſecundum referũtur uerbũ cogites; quid, quid. Iſthæc fortaſſe uerboſius quàm oportebat à me dicta ſunt. ſed malui in hac re explicanda, meam reprehendi quàm requiri diligentiam.

ERROR ERASMI ROTERODAMI
in apophthegmate Diogenis uertendo.

ERaſmus uir doctiſſimus, ſi illius opera legas, ita alicubi uidebitur dormitaſſe, ut mireris. In apophthegmatis, quæ ex Diogene Laertio uertit in latinum, legēdis deprehendi hunc errorē: qui ut pateat apertius; ſubſcribā primum Laertij uerba græca; deinde Eraſmi cōuerſionem et interpretationem. Poſtremo rationes, cur putem illum eſſe lapſum. Laer. in uita Diogenis cynici

τὰ δὲ διονυσιακὰς ἀγῶνας μεγάλα θαύματα μωρῶν ἔλεγε, καὶ τοὺς δημαγωγοὺς ὄχλου διακόνους. Eraſ. Dionyſiaca certamina, quæ Athenis in honorē Bacchi magnis impendijs, pompaq; celebrabantur, appellabat magna ſtultorum miracula. Labitur Eraſ. primũ quòd

ex uno duo facit ἀποφθέγματα. subdit.n. separatim Oratores, qui summo in precio habebātur Athenis, dicebat turbæ ministros. q̄ ad gratiam loqui cogerētur. Rursus labitur in uertenda dictione δημαγωγοὺς, quam cum non satis intelligeret, in priorem incidit errorē diuidendi apophthegmatis in duas partes. δημαγωγοὶ appellantur à græcis, qui populo præsunt. Hesychius ait δημαγωγεῖν idem esse, quod στρατηγεῖν. unde δημαγωγὸς ὁ ἄρχων ἐκ τοῦ τὸν δῆμον ἄγειν, καὶ διοικεῖν. Iulius pollux libro octauo nominat δημάρχους qui sunt κατὰ δῆμον ἄρχοντες. olim dicti ναύκληροι. eodē libro noīat ἀθλοθέτας, qui decē erāt, εἷς κατὰ φυλὴν ὥστε τῷ διαθῆσαι τὰ παναθήναια τόν τε μουσικὸν, καὶ γυμνικὸν καὶ τὴν ἱπποδρομίαν. Demosth. in oratione contra Midiam hos uocat χορηγοὺς. eius orationis argumentum, facilè potest locum hunc declarare Laertij; nam cum esset χορηγὸς πανδιονίδος, tribus suæ: & ludos Bacchanales, de quibus nunc meminit Laertius, populo exhiberet; pulsatus fuit à Midia insolentissimo homine in medio theatri. Libanius rhetor doctiss. in argumento eius orationis explicando de Dionysiacis sic ait. ἑορτὴν ἦγον οἱ ἀθηναῖοι τῷ διονυσίῳ, ἣν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ θεοῦ διονύσια. ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ, καὶ αὐλητικοὶ, καὶ κωμικοὶ χοροὶ διηγωνίζοντο. καθίστασαν δὲ χοροὺς αἱ φυλαὶ δέκα τυγχάνουσαι. χορηγὸς δὲ ἑκάστης φυλῆς ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν. festa celebrabāt Athenienses in honorem Bacchi, quæ uocabāt ab ipsius dei nomine Bacchanalia. in his autē & comici, & tragici,

etiam aulœdi inter ſe de pręſtantia, & ſumma artis laude, certabant, choros conſtituebant ſingulæ tribus quæ decem erant: choragus autem ſingularum tribuum ſumptus in ea re faciebat. Verùm de his ſatis. quiuis enim aperte intelligere poteſt, quàm præter Laertij ſenſum & dictionis ſignificationem δημαγωγοὺς *Eraſ. uerterit. oratores. Senſus igitur Laertij eſt huiuſmodi.*

» *Dionyſiaca certamina ſtolidis magna eſſe miracula;*
» *atque choragos, ſeu præfectos horum ludorum, turbæ*
» *eſſe miniſtros etiam ſi fuerit ſatius interpretari* ὄχλου
» *pro tumultu & perturbatione.*

ALDI ERROR DEMONSTRATVS.

ALdus Manutius uir doctiſſ. qui plurimum homines iuuit in re literaria; dũ interpretatur dictiões grę-cas quæ diſperſim leguntur in epiſtolis Cicer. ad Atti-cum, non ſatis aptè uidetur declaraſſe libro quinto. ep. prima, illam dictionem οἰκονομία. *Verba Ciceronis*
» *ſunt hæc. Sed* οἰκονομία, *ſi perturbatior eſt, tibi aſſi-*
» *gnato, te enim ſequor* σχεδιάζοντα, *& quæ ſequun-*
» *tur.* οἰκονομίαν *hoc loco interpretatur Aldus pro re familiari. ex qua interpretatione qui ſenſus exiſtat, ſa-tis patet. ego autem puto hic* οἰκονομίαν *à Cicer. accipi, pro ordine & ſtructura rerum; de quibus loquitur. Epiſtola enim cum ſit longiſſima, nullum certum habet ordinem rerum, ſed confuſe de multis uerba facit. de ordine igitur tam perturbato cum ſe uellet Cicero excuſare; ait ſequor te* σχεδιάζοντα. *quòd ſcilicet Attici epiſtola ad quam reſcribebat tunc Cicero, perturbatè & confuſè fuerat ſcripta de uarijs rebus,* οἰκονομίαν *au-*

tem hoc significare apud græcos, & si apertissimũ est; afferam tamen duo, aut tria, ad summum, exempla. Interpres Sophoclis in tragœdia quæ inscribitur οἰδίπους ἐπὶ κολωνῷ. super illo loco. ubi loquitur Antigone in principio ferè tragœdiæ.

» οἴομαι δὲ δεῖν οὐδέν. πέλας γὰρ ἄνδρα τόν δὲ
» νῶϊν ὁρῶ. sic ait. οὐ δεῖν τῆς προελθοῦσαν ἐρωτ-
» ῆσαι με. ἰδοὺ γὰρ ἀνὴρ πάρεστι, παρ᾽ οὗ εἰσόμεθα,
» οἷον οὐκέτι δεῖν ἔοικε ποιοῦσαν μανθάνειν περὶ τῶν
» τόπων καλῶν δὲ τὰ τῆς οἰκονομίας ἔχει, ἵνα μὴ
» μόνος ὁ οἰδίπους ἀπολειφθῇ.

Idem paulò post super illis dictionibus:

» καὶ ποῦ 'στιν ὁ κραίνων τῆς δὲ τῆς χώρας ξένοι.
» εὖ τῇ οἰκονομίᾳ ὥστε μὴ διατριβὰς γενέσθαι. τίς ὁ
» καλέσων ἔσται.
» Donatus Terentij interpres doctiss. super illis dictioni-
» bus in Andria. Audiui Archillis ait. hæc sunt inuentio
» nis poeticæ, ut ad οἰκονομίαν facetiæ aliquid addant.
Nam οἰκονομία est ut arcessatur obstetrix; etiã conue-
» niatur Pamphilus. Facetia scribentis in his uerbis est,
» quòd Archillis compotricem potissimum adduci iube-
» re fingitur. Poterit huiusmodi quiuis sexcenta exem-
» pla inuenire. sed his ego satis esse putaui in præsentia.

DECLARATIO LOCI HORATIANI.

HOratius epistolarum suarum libro secundo epistola ultima recenset Argiui cuiusdam insaniam, eiusmodi fuisse, ut uideretur sibi magna cum uoluptate audire histriones recitantes poetarum tragœdias in medio theatro, & sæpe applauderet recitantibus. eius uer

ba sunt hæc.

Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragœdos,
In uacuo lætus sessor plausorq; Theatro. Paulò post.
Hic ubi cognatorum opibus, curisq; refectus
Expulit elleboro morbum, bilemq; meraco,
Et redit ad sese. Pol me occidistis amici,
Non seruastis, ait, cui sic extorta uoluptas,
Et demptus per uim mentis gratissimus error.

Locum hunc cum legerem, animaduerti non dissimile quiddam narrare Athenæum lib. duodecimo, in ipso fine, his uerbis. ἐν μανίᾳ δὲ τρυφὴν ἡδίστην γενομένην οὐκ ἀηδῶς ὁ ποντικὸς ἡρακλείδης διηγεῖται ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς οὕτω γράφων. ὁ αἰξωνεὺς θράσυλλος ὁ πυθοδώρου διετέθη ποτὲ ὑπὸ μανίας τοιαύτης, ὡς πάντα τὰ πλοῖα τὰ εἰς πειραιᾶ καταγόμενα ὑπολαμβάνειν ἑαυτοῦ εἶναι, καὶ ἀπεγράφετο αὐτὰ, καὶ ἀπέστειλε, καὶ διῴκει, καὶ καταπλέοντα ἀπεδέχετο μετὰ χαρᾶς τοσαύτης, ὅσηπερ ἄν τις εἴη τοσούτων χρημάτων κύριος ὤν. καὶ τῶν μὲν ἀπολλομένων οὐδὲν ἐπεζήτησε, τοῖς δὲ σωζομένοις ἔχαιρε, καὶ διῆγε μετὰ πλείστης ἡδονῆς. ἐπεὶ δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κρίτων ἐκ σικελίας ἐπιδημήσας συλλαβὼν αὐτὸν παρέδωκεν ἰατρῷ, καὶ τῆς μανίας ἐπαύσατο. διηγεῖτο δὲ οὐδὲ πώποτε φάσκων κατὰ τὸν βίον ἡσθῆναι πλείονα. λύπην μὲν γὰρ, οὐδ' ἥντιν' οὖν αὐτῷ παραγίνεσθαι, τὸ δὲ τῶν ἡδονῶν πλῆθος ὑπερβάλλειν.

Idem etiam Tecmessa apud Sophoclem de insaniente

Aiace suo, ait.

" ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ
" αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς.
" ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.
" νῦν δὲ ὡς ἔληξε κἀνέπνευσε τῆς νόσου
" ἐκεῖνος τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ
" ἡμεῖς θ' ὁμοίως οὐδὲν ἧσσον, ἢ πάρος.

Verissimum autem est quod apud eundem legitur Sophoclem.

" ἐν τῷ φρονεῖν μηδὲν ἥδιστος βίος.
" τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.

Hæc si quis conferet cum Horatianis *uersibus; animaduertet esse quàm simillima: hacq; collatione authorum mirificè delectabitur. vertissem in latinum superiora, sed quia hæc tantum doctis à me scribuntur; non committendum putaui, ut mea facilitate quidam latine semidocti, qui literas græcas contēnunt; non agnoscerēt, se, quòd eas ignorāt, magno carere fructu, et uoluptate.*

ALTER ERROR LEONARDI ARETINI, et Bernardini Donati demonstratus.

NOlim quispiam miretur, cur simal duos reprehendam: nam cum uterq;, idem Aristotelis opus in latinum transtulerit diuersis temporibus, alterq; iactarit se melius uertisse; necesse fuit mihi utriusq; conuersionem cum græco contextu conferenti, sententiam meam in gratiam eruditorum liberè proferre, sicubi eos simul errasse deprehendi. Aristoteles libro primo οἰκονομικῶν, ait ducendā esse uxorē " οὐ μόνον ἕνεκα λειτουργίας τῇ φύσει, ἀλλὰ καὶ ὠφελείας. *Aretinus.*

» *ſic uertit.*Non *ſolum ut naturæ id acceptum referant,*
» *ſed etiam ut commoda inde percipiant.*Donat: *ut ha-*
» *beantur qui miniſtrent, ſed etiam qui adiuuent. Si diligenter attendas, ingens diuerſitas eſt hæc ſenſus* Ari*ſtotelis ex tali conuerſione. Tota autem pendet ex dictione* λειτουργίας, *quam neq;* Aretinus, *neq;* Donatus *intellexit. Tu ſi (uti debes) intellexeris, pro ſacrificio,*
» *elicies aptiſſimum ſenſum, qui erit huiuſmodi.* Non *tan*
» *tum liberis opera datur, ut ſacrum naturæ perſoluatur,*
» *ſed etiam utilitatis gratia.* Videtur enim Ariſtoteles *polité admodum appellaſſe coniugium, & liberorum procreationem* λειτουργίαν τῇ φύσει. *quoniam, cum omnibus animantibus inſita ſit natura coeundi, & procreandi cupiditas; tunc uerè naturæ litare quodammodo uidentur, cum id agunt.*

LOCVS HORATII INTERpunctus & declaratus.

In epiſtola ſexta libri primi, ſunt hi uerſus:

Non quo more piris ueſci calaber iubet hoſpes,
Tu me feciſti locupletem, ueſcere, ſodes.
Iam ſatis eſt; at tu quantum uis tolle benigne,
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
Tam teneor dono, quàm ſi dimittar onuſtus.
Vt libet. hæc porcis hodie comedenda relinques.

Diebus ſuperioribus cum Luca Florentiam *eſſem profectus, multis magniſq; de cauſis, non prius illinc diſceſſi quàm* Petrum Victorium, *qui mihi coniunctiſſimus eſt, uirum doctiſſimum, publice interpretantem latinos etiam græcos authores audire.* Habebat *ille fortaſſe tũ*

præ manibus eos quos superius scripsi, Horatij uersus in quibus cum multa doctè adnotasset;illud etiam ingeniosè admodũ,etiam peritè obseruauit. διαλογισμὸν illum(sic enim appellatur à rhetoribus) aliter debere interpungi, quam uulgò sit interpunctus in omnibus exemplaribus.frequenter autem solet,uti omnes norũt, Horatius in sua poemata inducere διαλογισμὸν huiusmodi.Satyra tertia plurimus est inter eum,& Damasippum stoicum.item quarta & quinta libri secundi, multo apertior Satyra septima inter eum et seruum. Item libro epistolarum primo,in epistola ad quintium,
» in Ode præterea libri tertij,quæ sic exorditur: Donec gratus eram tibi,inter eum & lydiam. Sed redeo ad rem.Dialogismus in superioribus uersibus est inter hospitem calabrum, & hominem alienigenam peregre
» profectum.Vescere sodes,ait calaber.Iam satis est, respondit alter.At tu quantum uis tolle benigne.Non inuisa fe. pue.mu.par. Hæc omnia à calabro dicuntur, si nihil mutes à consueta lectione et distinctione uerborum. At existimabat Victorius interpungenda
» esse istihæc sic.At tu quantum uis tolle. Calabri uerba, benignè;respondet alter,quasi gratias agens. subiun-
» git calaber,instans ut poma tollat. Non inuisa feres, cui respõdit alter. Tam teneor dono.Tota mutatio est in illius dictionis interpunctio,Benignè, unde oritur altera dialogismi pars à persona respondentis. Res patebit multo apertius, si subscribantur uersus.

» Non quo more piris uesci calaber iubet hospes,
» Tu me fecisti locupletem;vescere sodes.

" Iam satis est. At tu quantum uis tolle. benignè.
" Non inuisa feres pueris munuscula paruis,
" Tam teneor dono. quàm si dimittar onustus.

Benignè, eo in loco significat tantundem, ac si dicas, gratias tibi ago de tanta tua erga me humanitate & liberalitate. Atque id ipsum est, quod uno uerbo sæpe exprimit Aristophanes. ἐπαινῶ. At fortasse neque illud est prætermittendum. quòd benigni ij à latinis dicũtur, qui in alterum beneficia conferunt. et benignitas pro beneficentia & liberalitate accipitur. Cicero ad Att. facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur: sic pro Deiot. dicere est solitus. benignè sibi a populo Romano esse factum. Nam benignè alteri facere, est beneficium conferre. Ad Att. scribens Cic. ait, benignitas amicorum exhausta est. hic benignitatem intellexit pro liberalitate. Virg. quoque libro primo Æneidos, cum ait.

" Ponuntq; ferocia Pœni.
" Corda uolente Deo, in primis Regina quietum
" Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.

Videtur dixisse benignam mentem, quasi propensam ad beneficia conferendã: Nec secus Catullus; cum ait scribens in ingratum.

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè,
" Imò etiam tædet, tædet obestq; magis.

LOCVS CICERONIS IN TVSCVlanis quæstionibus interpunctus.

SÆpe cõtingit in Plauti, Terentij, et Aristophanis comicorum poetarum fabulis, si confundãtur noĩa per-

 29

ſonarum, aut alio loco ponantur, q̄ oportebat; ut ſenſus puertat. Idē quoq; fit in Cic. dialogis. in prima quæſt. Tuſc. ubi auditor pugnat cū Marco Cic. de inferoꝝ fabuloſis portentis. Ita uulgò legitur. A. adeo tu me de-
„ lirare cenſes, ut iſta eſſe credam? M. Malè herculè nar
„ ras. A. cur quæſo? M. Quia diſertus eſſe poſſem, ſi con-
„ tra iſta dicerem. A. quis enim non in eiuſmodi cauſa,
„ aut quid negocij eſt hæc poetarum, et pictorum por-
„ tenta conuincere? M. Atqui pleni ſunt libri cōtra iſta
„ ipſa diſſerentium philoſophoꝝ. A. Ineptè ſanè. Neminē eſſe puto alicuius iudicij hominem, qui iſta ſic diſtincta legens non offendatur, meliorēq; requirat ſenſum. Cōmodum igitur uidetur, ut locum totum deſcribam, ſicuti eſt in uetuſto exēplari à me inuentus. omnes. n. ꝑ ſe cognoſcent, quantum hæc à priori diſtet lectio, & ſenſus.
„ Au. Adeo ne me delirare cenſes, ut iſta eſſe credam?
„ M. An tu hæc non credis. A. Minime uero. M. malè
„ herculè narras. Cur quæſo? A. Quia diſertus eſſe poſ-
„ ſem, ſi contra iſta dicerem, quis enim non in eiuſmodi
„ cauſa; aut quid negocij eſt hæc poetarum, et picto-
„ rum portenta conuincere. M. Atqui pleni ſunt libri cō
„ tra iſta ipſa diſſerentium philoſophorum. Au. ineptè
„ ſanè. Tollitur primum in illis dictionibus. Cur quæſo, perſona. Au. In illis, quia diſertus eſſe; mutatur perſona. M. in perſonam. Au. Rurſus illic. quis enim non in eiuſmodi cauſa ſecundo tollitur perſona. Au. Verum de hac re ſatis. puto enim omnibus iam eſſe perſuaſum ita debere locum legi, & interpungi.

LOCVS SVETONII EMENDATVS.

SVetonius in Iulio Cæs. cum narrat Cæsarem Rhodū secedere statuisse, ut illic eloquentiæ operam daret, in media nauigatione à piratis comprehensum; his utitur
» uerbis. Huc dum hybernis iam mensibus traijcit circa
» pharmacusam insulam à prædonibus captus est; man-
» sitq́; apud eos non sine summa indignatione propè xl.
» dies cum uno medico & cubicularijs duobus. nam co-
» mites, seruosq́; cæteros in initio statim ad expedien-
» das pecunias, quibus redimeretur, dimiserat. Olim cum
» attentè legerem locum hunc admiratus sum, hic fieri mentionem de medico, neq; satis acquiescebam huic lectioni; Cur enim rhodum, ueluti in secessum quendam, ut declinaret aduersariorum inuidiam. Cæsar proficiscens, secum medicum adduxisset, in eam præsertim ciuitatem, ubi omnes florebant disciplinæ. aut quæ tandem hæc fuit consuetudo? aut quis unquam simile quiddam legit apud antiquos? Cum sic mecum rem totam cogitarem, incidi demum in manuscriptum codicem Suetonij; in quo non, medico, sed amico, erat scriptum. quod mihi admodum placuit. præter enim quàm quod adeo leuis est mutatio unius, in alteram, dictionis; ut librariorum error uideri possit. sensus etiam cōmodior, ac minus absurdus elicitur. Confirmatus sum multò magis in hac sententia; cum apud Plutarchum in Iulij Cæs. uita, ubi de eadem re loquitur, uerba legi ita de-
» scripta. εἶτ' ἀποπλέων ἁλίσκεται περὶ τὴν φαρμα-
» κοῦσαν νῆσον ὑπὸ πειρατῶν ἤδη τότε στόλοις
» μεγάλοις, καὶ σκάφεσιν ἀπλέτοις κατεχόντων

» τὴν θάλασσαν, πρῶτον μὲν οὖν αἰτηθεὶς ὑπ' αὐ-
» τῶν [λύτρα, εἴκοσι τάλαντα, κατεγέλασεν, ὡς οὐκ
» εἰδότων, ὃν ᾑρήκοιεν, αὐτὸς δὲ ὡμολόγησε πεντήκον-
» τα δώσειν, ἔπειτα τῶν περὶ αὐτὸν ἄλλον εἰς ἄλλην
» διαπέμψας πόλιν ἐπὶ τὸν τῶν χρημάτων πορισ-
» μὸν ἐν ἀνθρώποις φονικωτάτοις κίλιξι, μεθ' ἑνὸς
» φίλου, καὶ δυεῖν ἀκολούθοιν ἀπολελειμμένος, οὕ-
» τω καταφρονητικῶς εἶχεν, ὥστε πέμπων, ὁσάκις
» ἀναπαύοιτο προσέταττεν αὐτοῖς σιωπᾶν.

In his autem uerbis Plutarchi *illa ſunt animaduertenda, quæ faciunt ad rem* μεθ' ἑνὸς φίλου, *id eſt cum uno amico* καὶ δυεῖν ἀκολούθοιν. *& duobus ſeruis, hos tamen cubicularios dixit* Suet. *Neq; uero quisq; mirari debet, me ex* Plutarchi *lectione* Suetonium *corrigere. ſatis enim patet quamplurima de latinis authoribus uertiſſe* Plutarchum *in ſuis hiſtoriis ſcribendis, neque alienum fuerit à re credere* Plutarchum *illum locum, ſicuti alia multa uertiſſe ex* Suetonio*, quem cum ille caſtigatiſſimũ haberet, ſcripſit in ſuo* μεθ' ἑνὸς φίλου. *quòd illic legeretur cum uno amico: non autem medico.*

LOCA QVÆDAM HORATIANA *ubi de uino & ebrietate fit mentio, declarata ex græcis authoribus.*

VEterum græcorum poetarum carmina interiiſſe uel ob id maxime dolẽdum eſt, quòd magna caremus utilitate etiam uoluptate; cum nobis ſit erepta facultas perſpiciendi, qua ratione illorum dicta, ſint imitati noſtri latini poetæ. Satis enim conſtat hos nihil ferè niſi

ex illorum præſcripto, et imitatione ſcripſiſſe: Tragœdias Ennius & Pacuuius ſuas uerterant à græcis. Terentius et Plautus, reliquiq; omnes Comici inde quicquid ſcripſerunt, ſumpſere. Vergilius omnes ſuos lepores, & ueneres ab Homero trãſtulit. Sicq; planè exiſtimo in hoc, qui non perſpicit imitationem, eum, præter paucula quædam, quæ ad uim uerborum latinorum pertinent, & elegantiam, nihil omnino uidere. Idem de Horatio dicendum. nemo enim illo ſtudioſius eſt græcos imitatus. quanq̃ id non ſatis cognoſci poteſt, quòd græcorum ſcripta, ſicuti ab initio dixi, interierunt. Sæpe ſum admiratus in illius carminibus leporem ſummum, & feſtiuiſſimum dicendi genus, quo utitur multis in locis ſumma cum uarietate: dum ad conuiuia, & animi relaxationem hortatur amicos magna cum hilaritate. In hanc ſententiam cum multa legerem ſparſim apud Athenæum, qui nobis fragmenta quædam conſeruauit poetarum; dum illorum uerſus ſuis intexit libris; animaduerti, non pauca, quæ quàm ſimillima eſſent Horatianis, ſuſpicatusq; ſum, inde ea Horatium ſumpſiſſe. adnotaui igitur nonnulla, ut iudicent eruditi, qualia tandem hæc ſint, recteq; nec ne ſentiam, Athenæus libro. x. ubi multa recenſet ex Alcæo poeta, ait hunc fuiſſe ipſius uerſiculum.

„ νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πονεῖν
„ ἐπειδὴ κάτθανε μυρσίλος.

Priorem uerſum ſic reddidit Horatius, ode penultima libri primi. Nunc eſt bibendum, nunc pede libero pulſanda tellus. Subiungit rationem Alcæus eſſe indulgen-

dum ebrietati. quoniam perijt Myrsilus. quasi innuat, Cum Myrsilus uir summus atque immortalitate dignus perierit, ex hoc facilè cognoscere posse nos, omnes esse morituros, atque ideo genio indulgendum, & bibendum esse, ut quàm minima cum sollicitudine uita transigatur. Hanc ipsam sententiam sæpe exprimit Horatius. Sed tunc in primis, cum ait.

Huc uina, & unguenta, & nimium breueis
Flores amœnæ ferre iube rosæ.
Dum res, & ętas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.
Cede coemptis saltibus, & domo,
Villaque, flauus quam Tyberis lauit,
Cedes, & extructis in altum
Diuitijs potietur hęres.
Diues ne prisco natus ab Inacho
Nil interest an pauper, & infima
De gente sub dio moreris
Victima nil miserantis orci
Omnes eodem cogimur; omnium
Versatur urna, serius, ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impositura cymbę.

Eodem in loco Athenæus de Alcæo loquens ait.
καὶ καθόλου δὲ συμβουλεύων φησίν.
„ μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς δένδρον πρότερον ἀμπέλω
& hoc Alcæi carmen uidetur imitatus Horatius cum ad Varum scribit

Nullam Vare sacra uite prius seueris arborem

» *Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili,*
In eadem Ode, cum inquit Horatius.
» Non ego te candide Bassareu
» *Inuitum quatiam, nec uarijs obsita frondibus*
» *Sub diu rapiam.*
Videtur uoluisse exprimere Menandri dictum.
» ἐν ἀδελφοῖς.
» ὀκτὼ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα, καὶ δώδεκα
» κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλοτιμούμενος.
quod declarans Athenæus ait.
» κατασείειν δὲ ἔλεγον αὐτὶ τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑπο
» πιπτόντων, τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν
» τῶν καρπῶν κατασειόντων.
Hæc uerba siquis diligenter consideret; Videbit qua ratione Horatius dixit, inuitum quatiam. nam κατασείειν, est quatere apud græcos. Eodem in loco reprehendit Athenæus chamæleontem Ponticum, qui cum ignoraret φιλοινίαν Alcæi, interpretatus est perperã ipsius carmina quædam, probatq; his uerbis delectatũ fuisse magnopere Alcæum uino. κατὰ γὰρ πᾶσαν ὥ
» ραν, καὶ πᾶσαν περίστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὑ
» ρίσκεται. χειμῶνος μὲν ἐν τούτοις.
» ὕει μὲν ὁ ζεὺς. ἐν δ' ἀρανῶ
» μέγας χειμὼν, πεπάγασι δ' ὑδάτων ῥοαὶ,
» κάββαλε τὸν χειμῶνα ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ.
» Θέρους δέ.
» τέγγη πλεύμονας οἴνῳ
» τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται
» ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ

πάντα

» πάντα δέδειψας ὑπὸ καύματος
τοῦ δὲ ἔαρος.
» ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπαίον, ἐρχομένοιο.
» καὶ προελθὼν,
» σὺ δὲ κέρνῳ τ̃ φ̃ μελιαδέος ὅττι τάχιστα κρατῆρα.

Hyeme igitur, æstate, & uere ostendit ex ipsius uersibus larga potione delectatum Alcæũ. Hoc *ipsum si ita ostendero in* Horatij *uersibus expressum, ut non modo sententiæ, sed & uerba quandoq; exprimantur; quis non affirmet illum diligẽtissimum fuisse græcorum imitatorem? magnamq; ex ea re percipiat uoluptatẽ.* Hyeme *dum suadet* Horatius *bibendum, sic ait.*

Vides ut alta stet niue candidum
Soracte, nec iam substineant onus
Syluæ laborantes. Geluq;
Flumina consliterint acuto.
Dissolue frigus, ligna super foco
Largè reponens, atq; benignius
Deprome quadrimum sabina
O Thaliarhe merum dyota.

In his uersibus, quis non uideat exactissimè expressa illa Alcæi.

» πεπάγασι δὲ ὑδάτων ῥοαὶ
» κάββαλε τὸν χειμῶνα ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ.

Cum ait Horatius.

Geluq;
Flumina consliterint acuto.
Dissolue frigus, ligna super foco
Largè reponens.

Æstate uero, cum sodales, ut bibant, monet, his utitur uerbis.

Hic in reducta valle, caniculæ
Vitabis æstus, & fide Teia
Dices laborantes in uno
Penelopen, uitreamq́; circem.
Hic innocentis pocula Lesbij
Duces sub umbra, nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prœlia. *Alibi.*
Thyrrhena regum progenies, tibi
Non ante uerso lene merum cado
Cum flore Mecœnas rosarum, &
Pressa tuis balanus capillis.
Iam dudum apud me est.
Eripe te moræ. *Paulò post.*
Iam clarus occultum Andromedes pater
Ostendit ignem, iam Procyon furit
Et stella uesani leonis
Sole dies referente siccos.
Iam pastor umbras cum grege languido
Riuumq́; fessus quærit, & horridi
Dumeta syluani, caretq́;
Ripa, uagis taciturna uentis.

In quibus illorum est exacta imitatio,
" τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.
" ἁ δ' ὥρα χαλεπά.
" πάντα δὲ δέδειψας ὑπὸ καύματος. *cum ait,*
Iam Procyon furit. *& stella vesani leonis,*

Sole dies referente siccos.

Vere autem, cum Horat. *sodales hortatur, ut largius potent, sic inquit.*

Iam ueris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ lintea Thraciæ.
Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt
Hyberna niue turgidi.

& quæ sequuntur Paulò post.

Adduxere sitim tempora Vergili,
Sed pressum calibus ducere liberum
Si gestis, iuuenum nobilium cliens,
Nardo uina merebere.
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
qui nunc sulpitijs accubat horreis,
Spes donare nouas largus, amaraq́;
Curarum eluere efficax.

Iam uero quis non uideat & illud ex Alcæi uersiculo ductum cum alloquitur amphoram?

Viuæq́; producent lucernæ
Dum rediens fugat astra Phœbus.

Alcæi uersus hic est.

» πίνωμεν, τὶ τὸν λύχνον σβεύνυμεν;
» δάκτυλος ἁμέρα.

Prǽterea illa οἴνου κρᾶσις, *de qua cum loquitur Athenæus, tam multa affert ex antiquis poetis græcorum; nonne apud Horatium sæpe nominatur?*

Quo chium precio cadum
Mercemur, quis aquam temperet ignibus? Alibi.
Quis puer ocyus

Restinguet ardentis falerni
Pocula prætereunte lympha?
Versus græcorum hi sunt. Alcæi.
» ἐν᾽ ὕδατος πρὸς δύο, καὶ τρεῖς ἀκράτου.
Pherecratis.
» δύο ὕδατος πρὸς τέσσαρας οἴνου.
» πῶς ὦ κατάρατε ἐνέχεας δύο ὕδατος.
» ὦ μάμμη, τί δ᾽ οἴνου τέτταρας,
» ἔῤῥ᾽ ἐς κόρακας, βατράχοις οἰνοχεῖν σε δεῖ. Ephippi
» τρεῖς πρὸς τέτταρας οἶνον πίοις ἂν ἀσφαλέστερον.
» Alexidis. ἀπνευστὶ ἐκπιὼν, ὡς ἂν τίς ἥδιστ᾽ ἴσον
» ἴσω κεκραμένον.
Vinum aqua mistum ὑδαρῆ uocant.
» μὴ παντελῶς αὐτῷ δίδου ὑδαρῆ.
Paulò post ex Hegesandro.
» τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῶν καπήλων ἐν τῷ
» στρατοπέδῳ ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν, ἵνα τὸν ἀκρα
» τέστερον ὠνοῖντο. uocant etiam κεκραμένον; non mi
» stum autem appellant ἄκρατον.
Sed redeo ad Horatium. Is numerum etiam poculorum
obseruauit, opinor, ex græcis. dit enim.
Da lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ, Da, puer, auguris
Murænæ; tribus, aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui musas amat impareis,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. treis prohibet supra
Rixarum metuens, tangere gratia

Nudis iuncta sororibus.

At Eubulus ita loquentem inducit Bacchum.

» τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
» τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγείας ἕνα
» ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι, τὸν δὲ δεύτερον
» ἔρωτος ἡδονῆς τε, τὸν τρίτον δ' ὕπνου.
» ὃν ἐκπιόντες οἱ σοφοὶ καλούμενοι
» οἴκαδε βαδίσουσιν· ὁ δὲ τέταρτος
» οὐκέθ' ἁμέτερος ἀλλ' ὕβρεως.

quintum dicit postea esse βοῆς, *sextum* κώμων, *septimum* ὑπωπίων, *octauum* κλήτορος, *nonum* χολῆς, *decimum* μανίας. *&* *illud* Panyasidis.

πρώτη πόσις χαρίτων, ὡρῶν, καὶ διονύσου.

Secundum poculum ueneris esse ait, ertium uero ὕβρεως, καὶ ἄτης. *hæc de numero poculorum.*

Vinum curas diluere dixit Horatius.

Dissipat Euhyus
Curas edaceis. *alibi.*
Siccis omnia nam dura deus proposuit, neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines. & illud.
Nunc uino pellite curas. *& illud.*
Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerunque duro, tu sapientium
Curas, & arcanum retegis lyeo
Tu spem reducis mentibus anxijs. *Item alibi.*
Metire nobis Cæcubum.
Curam, metumque Cæsaris rerum, iuuat
Dulci lyeo soluere, & illud.
Sollicitis animis onus eximit.

Id quoq; sic protulit Homerus,

» οἶνόν τοι μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
» θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

& Chæremon tragicus.

» παρασκευάζει δ' οἶνος τοῖς χρωμένοις
» γέλωτα, σοφίαν, εὐμάθειαν, εὐβουλίαν.

hoc ita Horatius expressit.

Addocet artes.
Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Mnesitheus quoque.

» τοῖς μέτριον πίνουσι, καὶ κεκραμένον
» εὐθυμίαν φέρει, ἂν δ' ὑπερβάλλῃς, ὕβριν.

Item Panyasis.

» οἶνος δὲ θνητοῖσι θεῶν παρὰ δῶρον ἄριστον
» πάσης δ' ἐκ κραδίης ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει.

Aliud quoque ebrietati attribuit Horatius, fastum uidelicet, & pugnandi studium, cum ait.

Et addis cornua pauperi.
Post te neque iratos trementi
Regum apices, nec militum arma. Item
In prælia trudit inermem.

Hoc ita in Diphili legitur uersibus,

» ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε διόνυσε
» καὶ σοφώταθ' ὡς ἡδύς τις εἶ
» ὅταν ταπεινὸν μεγαφρονεῖν ποιῇς μόνος
» τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν,
» τὸν ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν.

Horatius item illud ait.

quæ subsequitur cæcus amor sui

Attollens uacuum plus nimio gloria uerticem.

Plato in Cratylo οἶνον *dictum esse testatur, quasi* οἰόνουν διὰ τὸ οἰήσεως ἡμᾶς ἐμπιπλᾶν.

Nimis fortasse multa de hac re à nobis dicta sunt. At uoluimus eruditos cognoscere, quàm multa quamq; apte in hanc sententiam sumpserit Horatius *noster à græcis. Quorum poemata si integra extarẽt; multò sanè maiorem ex tali locorum collatione, uoluptatem, atq; utilitatem perciperemus. Verum quid prohibet aliquando uestigia hæc, quæ paucula adhuc uisuntur, consectari?*

LOCVS CICERONIS DECLARA- *tus libro primo Tusculanarum quæstionum.*

C*Icero libro primo Tuscul. quæstionum illudit, atq; reprehendit auditorem, quo cum disputabat, q̃ propositionẽ sine uerbo, est, aut fuit, protulisset, his uerbis,* » *M. non dicis igitur miser est M. Crassus, sed tantũ miser M. Crassus. A. Ita planè. M. quasi non necesse sit quidquid isto modo pronunties, id aut esse, aut non esse, an tu dialecticis ne imbutus quidem es? imprimis n. hoc traditur. Oẽ pronunciatum (sic n. mihi in præsentia occurrit, ut appellarẽ* ἀξίωμα *utar post alio, si inuenero melius) id ergo est pronunciatum, quod est uerum aut falsum.* Hactenus Cicero. *Multi sunt admirati, cur Cicero* ἀξίωμα *intellexerit pro oratione, quam uulgo enunciatiuam appellant, cũ ab Aristotele sumatur pro certa, uera, & confessa propositione, ex qua fit demonstratio: dictionem illam recentiores uolentes exprimere dixerunt, dignitatem etsi autem hæc facillima*

esse uidetur Ciceronis defendendi ratio, quòd cum omnis oratio, uel probabilis, & uerisimilis, imò etiam falsa enunciatiua appelletur; multò magis, quæ uerissima, & certa, qualis est, quæ ex dignitatibus (utar enim recentiorum uerbo) conficitur. Sic potest appellari. tamen animaduertendum est illum locum esse ex Stoicorum more, qui omnem enunciationem, & propositionem appellabant ἀξίωμα. hoc ex Laertio cognosci potest in uita Zenonis Stoici. multumq; sanè illi debemus: quia his temporibus, nisi suis scriptis breuiter Stoicam disciplinam nobis explicasset; nulla planè eius uspiam extarent uestigia, neque satis commodè quam plurima Ciceronis loca, in quibus Stoicorum expressit sententiam, intelligerentur. Laertij uerba περὶ ἀξιώματος hæc sunt. ἀξίωμα δέ ἐστιν ὅ ἐστιν ἀληθὲς, ἢ ψεῦδος, ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν, ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ, ὡς ὁ Χρύσιππος φησὶν ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ὅροις. ἀξίωμά ἐστι τὸ ἀποφαντὸν, ἢ καταφαντὸν, ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ· οἷον ἡμέρα ἐστὶ, Δίων περιπατεῖ. ὠνόμασται δὲ τὸ ἀξίωμα ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦσθαι ἢ ἀθετεῖσθαι. ὁ γὰρ λέγων, ἡμέρα ἐστὶν, ἀξιοῦν δοκεῖ τὸ ἡμέραν εἶναι. οὔσης μὲν οὖν ἡμέρας ἀληθὲς γίνεται τὸ προκείμενον ἀξίωμα· μὴ οὔσης δὲ ψεῦδος. Paulò post. τῶν ἀξιωμάτων τὰ μέν ἐστιν ἁπλᾶ, ὡς φασὶν οἱ περὶ Χρύσιππον ἢ Ἀρχέδημον. ἁπλᾶ μὲν οὖν ἐστὶ τὰ συνεστῶτα ἐξ ἀξιώματος διαφερουμένου, οἷον τὸ ἡμέρα ἐστί. οὐχ ἁπλᾶ δὲ ἐστὶ τὰ συνεστῶτα, ἐξ ἀξιώματος διαφερομένου ἢ ἐξ ἀξιωμάτων· οἷον εἰ ἡμέρα ἐστί. ἐξ ἀξιωμάτων δὲ

» οἷον· ἡ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστί.

Stoicos igitur per ἀξιώματα intellexiſſe enunciationes omnes, de quibus copioſe diſſerit Ariſtoteles in libro περὶ ἑρμηνείας, *nemo dubitabit, ſi conferat Laertij uerba cum illius ſcriptis. Ariſtotelem autem* ἀξίωμα *intellexiſſe certam ac probatam propoſitionem, ex qua oritur ſcientia, omnes uidere poſſunt multis in locis, ſed præſertim libro primo,* τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν *ubi ait, neceſſe eſſe ijs, qui diſcere cupiunt aliquid, multas habere poſitiones ex his, quæ dignitates appellantur. hoc enim nomen illis potiſſimum attribui. Verba ſubſcripſiſſem ipſius Ariſtotelis, niſi ſatis omnibus nota putaſſem. Atq; ut eò unde digreſſus ſum reuertar. Cicero cum* ἀξίωμα *pronunciatum uertit eo in loco locutus eſt ex more Stoicorum; quos multis in locis exprimere conatus eſt.*

LOCVS HORATII DECLARATVS *de ſortibus & earum uſu.*

VErſiculus eſt apud Horatium hic.

Serius ocyus ſors exitura.

In quo alluſiſſe uidetur ad antiquam conſuetudinem ducendarum ſortium: quæ & ſi à multis declarata fuit; optime tamen eam deſcripſit Homerus *in* Iliade *his uerſibus.*

» ὣς ἔφαθ' οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος
» ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ ἀγαμέμνονος ἀτρείδαο.
» λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον.
» ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν.
» ζεῦ πάτερ, ἢ αἴαντα λαχεῖν, ἢ τυδέος υἱόν,

» ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο μυκήνης.
» ὣς ἄρ' ἔφαν· πάλλεν δὲ γερήνιος ἱππότα νέστωρ.
» ἐκ δ' ἔθορεν κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοί,
» αἴαντος, κῆρυξ δὲ φέρων ἀν' ὅμιλον ἁπάντη
» δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν ἀριστήεσσιν ἀχαιῶν.
» οἳ δ' οὐ γιγνώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος.
» ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν ἵκανε, φέρων ἀν' ὅμιλον ἁπάντη,
» ὅς μιν ἐπιγράψας, κυνέῃ βάλε φαίδιμος αἴας
» ἤτοι ὑπέσχε τε χεῖρ' ὃ δ' ἄρ' ἔμβαλεν ἄγχι παραστάς·
» γνῶ δὲ κλήρου σῆμα ἰδών, γήθησε δὲ θυμῷ.
» τὸν μὲν πὰρ πόδ' ἑὸν χαμάδις βάλε, φώνησέν τε·
» ὦ φίλοι ἤτοι κλῆρος ἐμός.

Qui græca intelligũt animaduertere in his possunt cõsuetudinem ducendi sortes, perspicereq́; , qua ratione dixerit Horatius *Sors exitura, serius, ocyus. Sed quando huiusmodi sermonem ingressi sumus, agedum, perscrutemur, quàm multis in rebus sortes adhibebantur.* Sortiebantur Romani *prouincias, ut consules, utra utri*
» *eueniret.* Liuius. *Sulpitio samnites.* Apulia Æmilio *sorte euenerunt.* Sortiebantur *iudices* Damnatorum *iudicia, eductis sortibus ex urna, quod* Verg. *Minoi attribuit apud inferos, cum ait.*
» V*rnam mouet ille silentum.*
Sortiebãtur ueteres in Democratia *magistratus.* Arist.
ἔστι δὲ δημοκρατία, ἐν ᾗ κλῆροι διανέμονται τὰς «
ἀρχάς. Sortiebantur *imperatores* Romani *dies, quibus* «
» *singuli singuli imperabant.* Liuius. *itaq;* Varro *unius* «
» *sors eius diei imperij erat, nihil consulto collega signum* «
» *proposuit. Sortiebantur pericula, ut de* Theseo, & Mi- «

notauro narrat Verg.

In foribus letum Androgeo: tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum. stat ductis sortibus urna.

Pausanias ἐν τοῖς μεσσηνιακοῖς, in quodam oraculo quod recenset.

» κόρην ἄχραντον νερτέροισι δαίμοσι
» κλήρῳ λαχοῦσαν αἰπυτίδων ἀφ' αἵματος.

Sortiebantur cursores locum in stadio. Verg.

Tum loca sorte legunt.

Sortiebantur milites prædam. Verg.

Si uero capere Italiam, sceptrisq; potiri
Contigerit uictori, & prædæ ducere sortem.

Habebat Resp. Atheniensium quosdam magistratus, qui uocabantur κληρωτοὶ, id est κατὰ κλῆρον γινόμενοι, quales erant iudices. Mos autem hic erat apud Athenienses creandorum magistratuum. Competitores è magno numero paucos, & eos clarissimos eligebant (eligebantur autem ab ijs, qui præerant lectioni) & eorum nõia mittebant in urnam. Vnde κληρούμενοι dicebãtur ij, quorũ nõia mittebãtur in urnã. λαγχανόμενοi aũt, uel λαχόμενοι, qui sortibus ductis obtinuerant magistratus. erant ẽt ἐπιλαγχάνοντες qui sublegebãtur primo. Cõsueuerant. n. Atheniẽses τῷ λαγχάνοντι substituere ἐπιλαγχάνοντα, ut si qñ prior ille λαγχάνων aut morbo esset impeditus, aut morte p̃uẽtus, substitueretur ei in reliquũ tẽpus magistratus ὁ ἐπιλαγχάνων. designabant ẽt ad priuatas lites dijudicãdas κληρωτοὶ διαιτηταὶ. i. arbitri p sortes electi, nã

του, nõ μυλίτου: ſed de hoc nihil auſim affirmare. alijs igitur rem totam diiudicandam relinquo. Strabo libro quarto, ubi de Toloſano auro loquitur, ait. Romanos lacus quoſdam illic uendidiſſe, & emptores inueniſſe poſt aliquot annos μύλοις σφυρηλάτοις ἀργυροῖς. Illic μῦλος malum ſignificat. unde μυλίτης lapis eſt ab Herodiano dictus, uel pro pyrite, uel pro grandi. nam & ita accipi poteſt.

LOCVS TIBVLLI DECLARATVS.

Tibulli uerſus ſunt hi.

Solis æterna eſt Phœbo, Bacchoq; iuuenta,
Nam decet intonſus crinis utrunq; Deum.

Cur ueteres Baccho & Apollini iuuentutem perpetuã attribuerint, ſi ad fabularum ſenſa occulta reſpicias, facile intelliges. Sed ſubſcribam hoc loco quædam, quæ de Apollinis iuuentute legi apud Lucianum, & Callimachum. Luciani uerba ſunt.

» μετὰ δὲ θρόνον τοῦτον κέαται ξόανον ἀπόλλωνος,
» οὐχ' οἷον ἐώθεε ποιέεσθαι, οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες
» ἀπόλλωνα νέον τε ἥγηνται, καὶ πρωθήβην ποιέου-
» σι. μοῦνοι δὲ οὗτοι ἀπόλλωνος γενειήτεω ξόανον
» δεικνύουσι, καὶ τάδε ποιέοντες ἑαυτοὺς μὲν ἐπαι-
» νέουσιν. ἑλλήνων τε κατηγορέουσι, καὶ ἄλλων, ὁ-
» κόσοι ἀπόλλωνα παῖδα θέμενοι ἱλάσκονται. αἰ-
» τίη δὲ δοκέει αὐτέοισιν ἀσοφίη μεγάλη ἔμμεναι, ἀ-
» τελέα ποιέεσθαι τοῖσι θεοῖσι τὰ εἴδεα. τὸ δὲ νέον ἀ-
» τελὲς ἔτι νομίζουσι. Idem alibi. οἱ δ' οὐκ οἶδ' ὅπου
» ἰδόντες ἀναπλάττουσι γενειήτην μὲν τὸν Δία, παῖ-
» δα δ' ἐς ἀεὶ τὸν ἀπόλλωνα, καὶ τὸν ἑρμῆν ὑπηνή-

» την, καὶ ποσειδῶνα κυανοχαίτην, καὶ γλαυκῶπιν
» τὴν ἀθηνᾶν. Callimachus poeta politiſſimus idem expreſſit his uerſibus.

» καὶ κεν ἀεὶ καλὸς, καὶ ἀεὶ νέος· οὔ ποτε φοίβου
» θηλείαις οὐδ' ὅσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς,

Et alibi in Deorum dialogis ſub perſona Bacchi.

» καλὸς γὰρ σὺ καὶ κομήτης, ὥς καὶ νήφοντα ἄν σοι
» τὸν πρίαπον ἐπιχειρῆσαι. qui locus ſimillimus eſt Terentij uerbis, cum ait. Ego illum uel ſbrius.

LOCVS PHILOSTRATI DECLAratus, ac comprobatus.

Philoſtratus in eo libro, quem de imaginibus inſcripſit, Herculem ἐν πυγμαίοις ita exprimit. ἐν λι-
» βύῃ καθεύδοντι τῷ ἡρακλεῖ μετὰ τὸν ἀνταῖον ἐπι-
» τίθενται οἱ πυγμαῖοι τιμωρεῖν τῷ ἀνταίῳ, φάσκον-
» τες ἀδελφοὶ γὰρ εἶναι τοῦ ἀνταίου γενναῖοί τινες,
» οὐκ ἀθληταὶ μὲν, οὐδ' ἰσοπαλεῖς, γηγενεῖς δὲ, καὶ
» ἄλλως ἰσχυροί, καὶ ἀνιόντων ἐκ τῆς γῆς ὑποκυμαί-
» νει ἡ ψάμμος. οἰκοῦσι γὰρ οἱ πυγμαῖοι τὴν γῆν ὅ-
» σα μύρμηκες. Paulò poſt. ἀλλὰ τοῦ θράσους ἐπὶ
» τὸν ἡρακλέα οὗτοι, καὶ ἀποκτεῖναι φασὶ καθεύ-
» δοντα. ὁ δὲ ἐν ἁπαλῇ τῇ ψάμμῳ καθεύδει. οἱ δὲ
» πυγμαῖοι τὸν ἡρακλέα περισχόντες, μία μὲν αὕτη
» φάλαγξ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα βάλλουσι. δύο δὲ οὗ-
» τοι λόχοι στρατεύουσιν ἐπὶ τὴν δεξιὰν, ὡς μᾶλλον
» ἐρρωμένην. καὶ τὼ πόδε πολιορκοῦσιν οἱ τοξό-
» ται, καὶ σφενδονητῶν ὄχλος. οἱ δὲ τῇ κεφαλῇ
» προσμαχόμενοι. τέτακται μὲν ἐνταῦθα ὁ βασι-
» λεύς. καρτερωτάτου αὐτοῖς τούτου δοκοῦντος.

» ἐπάγουσι δὲ καὶ οἷον ἀκροπόλει μηχανὰς πῦρ αὐτῇ
» τὴν κόμην. αὐτῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς δίκελλαν.
» ἰδοὺ δὲ καὶ ὡς ὁ ἡρακλῆς ὀρθοῦται, καὶ ὡς αὐτῷ
» τῷ κινδύνῳ γελᾷ τοὺς πολεμίους πανσυδὶ συλ-
» λεξάμενος ἐς τὴν λεοντῆν ἐντίθεται, καὶ οἶμαι
» τῷ εὐρυσθεῖ φέρει. *Lepida ſanè narratio eſt hæc Philoſtrati, ex qua magnam capies uoluptatem: Sed multò maiorem, ſi alicubi imaginibus expreſſam uideas: ſicuti diebus ſuperioribus mihi contigit:* Nam *cum* Florentiæ *eſſem, & unà cum* Petro Victorio *&* Franciſco Garbo *uiris doctiſſimis, atque mei amantiſſimis, pomeridianis horis deambularem; in hortos tandem conceſſimus* Franciſci Oricellarij *uiri grauiſſimi, ac nobiliſſimi.* Atque *cum aliquandiu ſummam illorum amœnitatem eſſemus admirati; in ueſtibulo ædium, quæ hortos proſpectant, conſtitimus. illic ego cum ſingula oculis perluſtrarem, animaduerti in pariete nouo antiquiſſimum inſertum marmor: in quo ſimulacrum erat, uiri dormientis, ac quàm plurimorum homuncionum circunſtantium illũ inſtar militũ cum urbem aliquam magna ui oppugnant.* Tum Victo*rius; cum me ei rei ualde intentum uidiſſet,* Agnoſcis*ne, inquit,* Robortelli; *Herculis uultum cubantis:* En, *ut pygmæi illum adoriuntur undique. at is experrectus homines inuoluit* τῇ λεοντῇ. Hoc *ipſum ſanè eſt, quod narras, mi* Victori, *reſpondi ego.* Tum *ille memoriter mihi narrare* Philoſtrati *uerba quibus hanc rem totam deſcripſit. illud etiam addere*

quamplurimos,& eos quidem doctissimos uiros, cùm marmoream illam intuerentur imaginem, multa praeter rem dixisse.atque sanè,dum illa audirem, admiratus sum,tales, tantosque uiros in huiusmodi re dormitasse: eorum tamen nomina hic apponenda esse nō existimaui. Cum primum autem illinc discessi, libuit mihi relegere Philostrati uerba, quae & si antea fuerant à me perlecta,non tamen aeque mouerant animum meum,ac tunc mouerunt,cum illa marmoreo expressa uidi simulacro. quod si cum Philostrati narratione conferatur;nescias,utrius magis artem admireris, aut huius in dicendo,aut illius in sculpendo. Volui autem hoc ipsum ego his meis locorum explicationibus interserere, non tam ut Victorij industriam tantilla in re demostrarem (cum innumerabilia sint,& ea quidem maxima,ex quibus immortalem sibi peperit gloriam, ob singularem doctrinam,& summum ingenium) quàm ut testatum relinquerem apud omnes amicitiam,quae mihi cum illo intercessit ex quo tempore primum Florentiam profectus fui,& multos illic menses familiarissime uixi cum clarissimo atque omnibus uirtutibus & dignitatibus ornatissimo Petro Carnesecco: nam quàm multa ab eo perceperim,quae ad grauiorem pertinent eruditionem, praeter quàm quod alicubi in hoc libello poterit unusquisque cognoscere, non desistam etiam, donec uixero, ubique apud omnes summa cum illius laude, & meae singularis in illum beniuolentiae testimonio praedicare.

LOCVS

LOCVS HORATII DECLARATVS.

IN epistola libri primi Horatius, cum se nullius disciplinæ certum esse sectatorem demonstrat, philosophorum, sed ex omnibus se excerpere, quod optimum uideatur; his utitur uerbis.

Nullius addictus iurare in uerba magistri
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes,
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus summittere conor.

Neque uero locus hic eruditione caret, nam se ἐκλεκτικὸν esse significat poeta. erant autem philosophi ἐκλεκτικοὶ, Qui cum nulla haberent peculiaria dogmata, ex cæteris seligebant, quod optimum esse iudicabant, ac uerissimum. De his meminit Diogenes Laertius in prohemio libri primi his uerbis. ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ ποτάμωνος τοῦ ἀλεξανδρέως ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσαντα ἐξ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων. Talem & Cicero sæpe in suis libris profitetur.

ALTER LOCVS HORATII declaratus.

CVm loquens Horatius de Baccho ait,
Addis cornua pauperi;
Videtur allusisse ad antiquorum consuetudinem, qui Bacchum κεραοφόρον pingebant. unde Ouidius libro quarto Fastorum ait.

Mite pater caput huc, placataque cornua uertas,
Et des ingenio uela secunda meo.

Idem alibi dicere uidetur Horatius, cum ait.

Te uidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum. *& alibi.*
Sæua tene cum Berecynthio
Cornu tympana; quæ subsequitur Cæcus *amor sui, &*
Attollens uacuum plus nimio gloria uerticem.
Arcaniq; fides prelucidior nitro.

In his ipsis Horatij *carminibus, etiam si satis cognosci potest, cur ueteres* Baccho *cornua attribuebant; non tamen fuit ab re, commemorare aliorum opiniones.* Diodorus *Siculus duas affert causas, uel quòd primus coniungendorum boum author fuerit; uel quoniã* Ham*mon pater cornua habuit.* Sextus *autem* Pompeius *ait simulacro* Bacchi *propterea cornua apponi; quoniam qui ebrij sunt, adeò truces fiũt, ut uideantur cornua habere.* Athenæus *libro secundo ex uerbis* Platonis *rationem reddit, cur ueteres* Bacchum Tauri *et* Pardalis *forma exprimebant, his uerbis.*

» πλάτων δὲ ἐν δευτέρῳ νόμων, τὴν τοῦ οἴνου χρῆ-
» σιν φησὶν ὑγείας ἕνεκα ὑπάρχειν, ἀπὸ τοῦ δὲ κα-
» τὰ μέθην καταστήματος καὶ ταύρῳ παρεικάζου-
» σι τὸν διόνυσον, καὶ παρδάλει διὰ τὸ πρὸς βίαν
» τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ θυ-
» μικοὶ γίνονται. τοιοῦτος δ' ὁ ταῦρος. Εὐρι-
» πίδης.
» ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, καὶ ἐκ κέρως θυμούμενοι.

Taurorum *cornibus consueuerant ueteres uti pro poculis. quod, quia fortasse non est præter rem, de qua uerba facimus; satius erit eiusdem* Athenæi *testimonio confirmare. ait igitur.* τοὺς πρώτους λέγεται τοῖς κέ-

» ρασι τῶν βοῶν πίνειν, δῆλον δ' ἐκ τοῦ καὶ μέχρι
» νῦν λέγεσθαι, ὅταν συμμίσγωσι τῷ οἴνῳ τὸ ὕδωρ,
» κεράσαι φάσκοντες, καὶ τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ κιρνᾶ-
» ται ὁ οἶνος, κρατὴρ ἀπὸ τοῦ συγκιρνᾶσθαι ἐν αὐ-
» τῷ τὸ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ κέρατος, οἷον κερατὴρ, ἀπὸ
» τοῦ εἰς τὸ κέρας ἐγχεῖσθαι τὸ πόμα· διαμένει δὲ, καὶ
» ἔτι νῦν ἡ τῶν κεράτων κατασκευή. πολλοὶ δὲ
» τῶν ποιητῶν παράγουσι πίνοντας τοὺς ἀρχαίους
» κέρασι.

qualia uero ex poetis, & historicis ad hanc rem probandam adducat testimonia; licet unicuiq; illic intueri: nam nimis longum esset, si omnia uellem transcribere, quæ ab illo narrantur.

LOCVS CATVLLI EMENDATVS.

VErsus hi Catulli ita uulgò legũtur in omnibus exẽplaribus.

An ne bonum oblita es facinus, cum regiũ adepta es
Coniugium, quo non fortior auxit auis.

Quales sint aliorum interpretationes hoc in loco; facile est unicuiq; uidere: eas apposuissem, nisi in animo haberem, uelle potius cogitationes has meas literis mandare, & explicationes; quàm aliorum reprehendere industriam. Cupio quidem eruditi hæc cum illis conferant: & ipsi secum taciti iudicent, meliora sint, nec ne. ego enim ex his meis laboribus, satis amplum mihi retulisse fructum uidebor, si bonarum literarum studiosos in his locis intelligendis à me aliquantulum adiutos fuisse intellexero.

In multis codicibus olim impressis uera huius (sicut;

uidetur)loci lectio apparet: quam cum nonnulli non satis intelligerent, ita immutauerunt, ut locum totum corruperint. ita autem in illis legitur.

An ne bonum oblita es facinus, cum regium adepta es
Coniugium, quod non fortior aut sit alis.

Si ex duabus penultimis dictionibus in pentametro uersu. Aut sit, unam facias sic, Ausit; sensus erit politissimus: est enim positum ausit, pro audeat ex usu frequentissimo latinorum. Alis uero hic ponitur, de more ueterum, pro alius. Antiqui enim alis, huius alis, huic ali dicebant, pro eo quod est alius, alius, alij, quod testatur Priscianus grammaticus libro quintodecimo. unde dicit formari aliter recta analogia. Lucretius saepe utitur alid, pro aliud, ut libro primo.

quando alid ex alio reficit natura, nec ullam
Rem gigni patitur. Idem alibi.
Sic alid ex alio per te tute ipse uidere
Talibus in rebus poteris. & alibi.
Nanque alid ex alio clarescet, nec tibi caeca
Nox iter eripiet.

Sensus igitur superiorum est hic. Es ne oblita fortitudinis tuae: ego certe te, cum adhuc parua esses uirgo, magnanimam noui. quo primum tempore patrem seruasti ab interitu, et collectis exercitus paterni reliquijs, alacri animo hostes uictoria insolentes aggressa es, & fugasti. Nota est haec historia ex Higini narratione.

In Pentametro, ubi facta erat peruersio, reperio etiã aliam lectionem, quae est. Quo non fortius ausit alis. ex hac qui sensus existat; facilè cognosci potest. Atque ut

omnia liberè proferam, ut talem loci huius lectionem agnoscerem, effecit liber impressus ille quidem, sed ab hinc quamplurimis annis, qui fuit olim Petri Nicetti *Lucensis, viri doctissimi atq; nobilissimi. eius mihi legendi facultatem dedit iuuenis perhumanus, ac nobilis* Michael Michaellius *Lucensis* Canonicus. *Adnotarat in libri extrema ora uir ille summus in literis, reperiri in antiquis codicibus (ausit alis).* Ea *uerba cum ego legissem; statim mihi occurrit id quod antea exposui.* Hoc *ego libenter testatum apud omnes reliqui; tum ut quiuis me in his declarandis ingenuè agere cognoscerent, tum ut* Petri Nicetti, *si modo possem, commortuam ferè gloriam, et sepultam negligentia multorum, qui eius multa scripta in lucem edere debuerant, excitarem, & ad aliquam ueluti quandam uitam reuocarem. Profitebatur ille græcas & latinas literas, publiceq; interpretebatur Lucæ, quo tempore florebat* Florentiæ Politianus*(æquales enim fermè fuerunt) summa cum laude eo in gymnasio, in quo mihi postea humanitate Lucensium ciuium, potius quàm ulla eruditione mea, profiteri concessum est. Illud uero onus interpretandi suscepit uir summus, nō ulla mercede ductus (fuit enim ditissimus & nobilissimus) sed gloriæ potius cupiditate, atq; suis ut prodesset ciuibus. Aut ego fallor, aut certè vel ob hoc ipsum immortalitate dignissimus est.*

LOCVS PROPERTII *emendatus.*

E*Adem ratione in uersiculo* Propertij *tolli potest menda, si intuearis lectionem, quam præseferunt impres*

ſi olim codices. Hinc tu facilè cognoſcas, dum nimium auidi ſunt homines gloriç in emendandis libris, ut eos uendibiliores multitudini reddant, & ſubinde uetera immutantes, noua comminiſcuntur; ſæpe in libros antiquorum induci maximos errores, qui ſi inueteraſcũt; uix tolli poſſunt. Verſus Propertij ſunt hi.

Laus in amore mori, laus altera ſi datur uno
Poſſe frui, fruar ò ſolus amore meo.

Hos non attigit ſua interpretatione Beroaldus, puto, quia exiſtimabat ſatis eſſe apertos, neq; admodum conſideratione egere. ſed in ueteribus libris ita ſcribũtur.

Laus in amore mori. laus ſi datur altera uiuo
Poſſe frui, fruar ò ſolus amore meo.

Diuerſitas lectionis eſt in illis dictionibus,

Laus ſi datur altera uiuo
Poſſe frui.

Senſus eſt, Scio eos uehementer laudari, qui amorem unà cum morte deponunt; quòd in eo conſtantes ac fortes uideantur. ſed uereor ne uitio mihi uertatur, frui amore. quòd laſciui hoc & intemperantis hominis eſſe cenſeatur. Verum ſi utrunq; laudabile; & mori in amore, & eo frui donec uiuas; utinam hoc mihi contingat. Collegerat quidam aliquantulum doctus lectionem hãc ex eruditi neſcio cuius ſcriptis, atq; ſe ea plurimum iactabat, ratus paucis eam eſſe notam. At ubi primum à me audiuit in uulgatis codicibus, qui negliguntur paſſim, reperiri; ſuppuduit illum primo tantç ſuç in illa occultanda calliditatis; deinde piguit laboris ſuſcepti, in tranſcribendis aliorum adnotationibus. Ego cum ita le

gi animaduertissem in ijs, qui ab hinc ferè sexaginta treis annos impressi fuere, libris, tum ut illius illuderem diligentiam inanem, tum ut studiosos huius poetæ iuuarem, statim rem totam hic, uti sese habet, explicandam putaui. Sententiam uero eandẽ uidetur expressisse Horatius, cum ait in Odis.

Tecum uiuere amem. Tecum obeam libens.

LOCA DVO HERODIANI DECLA *rata ac confirmata testimonio antiquorum nomismatum.*

HErodianus libro secundo, ubi de Commodo Marci filio agit, eum narrat tanta fuisse amentia; ut se Herculem nominari iusserit Iouis filium, & clauam gestarit aliquando, quò fortissimum illum repræsentaret heroem. Verba ipsius hæc sunt. » ἐς τοσοῦτον τε τῆς » μανίας, καὶ παροινίας προὐχώρησεν, ὡς πρῶτον » μὲν τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι. » ἀντὶ δὲ κομμόδου, καὶ μάρκου υἱοῦ ἡρακλέα τε, » καὶ διὸς υἱὸν αὑτὸν κελεύσας καλεῖσθαι. ἀπο- » δυσάμενος τε τὸ ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα, » λεοντὴν ὑπεστρώννυτο, καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖ- » ρας φέρειν.

Subiungit paulò post fuisse illũ peritum sagittandi, ac iaculãdi. Parthos in ea re domi habuisse magistros. cõsuesse illũ in theatris publicis, uniuerso spectãte P. Ro. feras partim cominus, partim eminus pugnantem perimere uelocissimo, ac certissimo ictu. ἐλάφους μὲν οὖν, καὶ » δορκάδας, ὅσα τε κερασφόρα, πλὴν ταύρων » συνθέων αὐτοῖς, καὶ καταδιώκων ἔβαλε, φθάνων

» τε αὐτῶν τὸν δρόμον καὶ πληγαῖς καιρίοις αἰαι-
» ρῶν. λέοντας δὲ, καὶ παρδάλεις, ὅσα τε ζῶα γεν
» ναῖα περιθέων ἄνωθεν κατηκόντιζεν, οὐδέ τις ἄλ-
» λον ἀκόντιον δεύτερον. οὐδὲ φαῦμα ἄλλο πλὴν
» θανατηφόρου. ἅμα γὰρ τῇ τοῦ ζώου ὁρμῇ, κατά τε
» τοῦ μετώπου, ἢ κατὰ καρδίας ἔφερε τὴν πλη-
» γὴν, καὶ οὐδέποτε σκοπὸν ἄλλον εἶχεν, οὐδ' ἐπ'
» ἄλλο μέρος ἦλθε τὸ ἀκόντιον τοῦ σώματος, ὡς μὴ
» ἅμα τε τρῶσαι, καὶ φονεῦσαι.

Hæc ego nuperrime cum familiaribus quibusdam meis domi spectabam in antiquis nomismatis ex ære magna cum uoluptate. quòd illic historici huius narratio optime uisebatur expressa artificis manu. In altero nomismate claua erat descripta, ab utroque aũt latere circũ clauã literæ hæ legebantur HERCVLES ROMANVS. *In altero Commodus insidebat equo, qui speciem currentis habebat, atque iaculo feram uulnerabat in ipso pectore. Hæc ego animi gratia ascribenda putaui, tum etiam, ut discerent studiosi, sic nomismatũ figuras in historijs peruestigare. nam tum demũ magna in illis uisendis esse uoluptas solet; cũ narrationẽ historici alicuius uidemus cũ artificis industria pugnare.*

LOCVS CICERONIS IN EPI-
stolis ad Att. declaratus.

VErba Ciceronis sunt libro primo epistol. ad Att. quæris ex me quid acciderit de iudicio, quod tam
» *præter opinionem omnium factum sit, & simul uis sci-*
» *re, quomodo ego, an minus quàm soleã, præliatus sum.*
» *ego respõdebo tibi* ὕστερον πρότερον, ὁμηρικῶς. *ego*

» *enim quandiu, senatus authoritas mihi defendenda*
» *fuit, sic acriter, & uehementer præliatus sum, ut cla-*
» *mor & cætera quæ sequuntur.*

*Hæc an fuerint ab alijs interpretata, nō quærā hoc tē-
pore, quia non est consilium, aliorum scripta magnopere
in his meis explicationibus reprehendere.* Erasmus *uir
doctissimus in suis chiliadibus locum hunc ita decla-*
» *rat.* Conueniet Ciceronianum *hoc, quoties sentiemus*
» *rem præpostere agi; ueluti cum populus imperat prin-*
» *cipibus, aut discipulus docet præceptorem. Est autem*
» *figura grammaticorum* ὕστερον πρότερον, *quam &*
» πρωθύστερον *illi, siue* ὑστερόπρωτον *appellant, quum,*
» *quod prius est natura, posterius refertur, ueluti, si quis*
» *dicat;* Cornelia *Gracchos educauit, ac genuit.* In Ho-
» *mero autem talis tropus frequenter est obuius. Hæc il-
le, quæ si cui probantur, licebit ei pro suo arbitratu se-
qui. ego alio opinor Ciceronem respexisse, ad ordinem
uidelicet, quem seruauit in rebus narrandis. nam non
historicorum more, res, ut fuerant gestæ, per seriem nar-
rauit* Homerus, *neque à primis statim est exorsus; sed
ab ultimis ferè, & medijs: reliqua uero, quæ præcedere
debuerant, inducit narrata à personis diuersis. Atque in
hoc planè narratio poetica differt ab historica.* Hoc *ip-
sum obseruauit* Plutarchus *in uita* Homeri, *cum ait.*
» καὶ πρῶτον ἐστὶ τῆς τέχνης ἡ οἰκονομία, ἣν δι' ὅλης
» τῆς ποιήσεως παρίστησι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἀρ-
» χαῖς τῶν πραγμάτων. οὐ γὰρ πόρρωθεν ἐμβαλὼν
» τὴν ἀρχὴν τῆς ἰλιάδος ἐποιήσατο, ἀλλὰ καὶ καθ' ὃν
» χρόνον αἱ πράξεις ἐνεργότεραι, καὶ ἀκμαιότεραι
» κατέστησαν. τὰ δὲ τούτων ἀργότερα, ὅσα ἐν τῷ πρ

» ρελθόντι χρόνῳ ἐγένοντο, συντόμως ἐν τοῖς ἄλ-
» λοις παρεδιηγήσατο. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐν τῇ ὀδυσσείᾳ
» πεποίηκεν, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῶν τελευταίων τῆς
» πλάνης τοῦ ὀδυσσέως χρόνων, ἐν οἷς καιρὸς ἦν ἤ-
» δη καὶ τὸν τηλέμαχον εἰσάγειν, καὶ τὴν τῶν μνη-
» στήρων ὕβριν ἐμφανίζειν, τὰ δὲ πρὸ τούτων, ὅσα τῷ
» ὀδυσσεῖ ἀλωμένῳ συνέπεσεν, αὐτὸν παράγει διη-
» γούμενον, ἃ καὶ δεινότερα, καὶ πιθανώτερα ἔμελ-
» λε φαίνεσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοῦ παθόντος λεγόμενα.

Ex his Plutarchi uerbis, & si satis locus Ciceronis declaratus uidetur; libet tamen & Aristotelis pauca quædam subijcere, in quibus animaduertet unusquisque idem ab eo fuisse obseruatum. in libro igitur poetices sic ait.

» διὸ, ὥσπερ εἴπομεν ἤδη, καὶ ταύτῃ θεσπέσιος ἂν
» φανείη ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους, τῷ μηδὲ τὸν πό-
» λεμον, καί περ ἔχοντα ἀρχὴν, καὶ τέλος ἐπιχει-
» ρῆσαι ποιεῖν ὅλον. λίαν γὰρ ἂν μέγας, καὶ οὐκ εὐ-
» σύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἢ τῷ μεγέθει μετριά-
» ζοντα καταπεπλεγμένον τῇ ποικιλίᾳ. νῦν δὲ ἓν
» μέρος ἀπολαβὼν ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῶν
» πολλοῖς. οἷον νεῶν καταλόγῳ, καὶ ἄλλοις ἐπεισο-
» δίοις διαλαμβάνει τὴν ποίησιν.

Non dubito iam, quin locus Ciceronis sit patefactus. Nam & res ipsa illum declarat, in uerbis & ordine epistolæ, quo utitur.

LOCVS CATVLLI, SI NON EMENDATUS, *saltem adiutus aliqua ex parte.*

IN ea elegia, ubi Catullus cum ianua loquitur, uersiculus est qui diu multos torsit propter obscuritatem, quæ nascitur ex mendo nondum sublato ab una dictione.

Sed ut facilius locus possit animaduerti; non unum tantum, sed & alterum addam uersiculum.

» Sæpe illum audiui furtiua uoce loquentem,
» Solam consilijs hæc sua flagitia.

Ex interpretibus alij Concilijs, alij consilijs exponunt, neque tamen aptè. Sunt nonnulli, qui à doctis quibusdam acceptam hanc circumferant lectionem, Cum sciolis. quæ ingeniose magis, quàm uere excogitata uidetur. non enim cohæret Catulli uerbis & sensui. Scripsit ad me nuper Venetijs uir quidam doctiss. meique amantiss. cum eum super hoc loco consuluissem; putare se hic le» gi debere. Cum ancillis. quæ lectio mihi uidebatur omnium minimè absurda. quod facilè dijudicabunt ij, qui poetæ sensum inspicient. illius hic adscripsissem nomen, si asseueratio esset istihæc magis, quàm ambigua suspicio. Libuit uero mihi superiora quamlibet parum certa in mediũ afferre; ut doctos incitarẽ ad exquirendã loci huius ueram & germanam lectionem. quæ si qñ in lucem exierit, magnam ex ea capiam uoluptatem; sanabitur enim poetæ doctissimi uulnus, quod illi olim ab imperitis librarijs illatum fuit. Est & illud addendum; in quodam manuscripto libro apud me esse scriptũ Cocilijs. è qua nonnulli fecere Cœcilijs. sed præter sensum. Iudicent igitur de re tota eruditi.

LOCA QVÆDAM IN APOPHTHEGMATIS AB ERASMO UERSIS È LAERTIO, UBI DIOGENIS CYNICI UITAM DESCRIBIT, ADNOTATA, & REPREHENSA.

ADnotaui superius Erasmi Roterodami erratum quoddam in uertendis è Laertio Diogenis Cynici

apophthegmatis. sed cum & ea paulò post omnia percurrissem, & cum græco contulissem; multò plura perperam uersa deprehendi. libuit igitur sigillatim hic adscribere, ut uideant eruditi, quantopere à uero Laertij, & Diogenis sensu aberrarit. Si cum hæc scriberem, plus ocij fuissem nactus, adnotassem & in aliorum apophthegmatis uertendis Erasmi errata. sed hæc alio complectemur libello. Interim satis erit studiosos literarum monere, ne magnopere eam apophthegmatum ament tralationem, nam, & si multa rectè conuersa sunt, multò tamen plura perperam expressa uisuntur; atque hoc facile cognita erit ijs, qui græca legerint.

In decimo octauo apophthegmate. ita est scriptum ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι, καὶ μὴ πολιτεύεσθαι, καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν μὴ παιδοτροφεῖν. *Erasmus sic uertit.* » *Laudabat eos, qui ad remp. accessuri, non accederent, qui pueros alturi non alerent.* » παιδοτροφεῖν *hic significat seruos nutrire: & si pueri serui dicuntur; tamen dilucidior fuisset sensus, si dixisset, qui seruos alturi, non alerent: nam iuxta illud*

» σώματα πολλὰ τρέφειν.

» ἀτρακτὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

In decimo nono Erasmus ait. Illi tribuitur, & hoc » *ænigma, manus non esse porrigendas amicis complicatis digitis. Innuens, non satis esse, si comes nos præbeamus amicis, sed comitati comitem adiungendam benignitatem. apud Laertium sic exprimitur hoc ænigma:* » ἔλεγε δὲ καὶ δεῖν τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, μὴ συγκεκραμμένους τοὺς δακτύλους. *Addit ex se Erasmus, amicis. quod si addatur; tollitur ænigmatis*

ambiguitas tota,& uenuſtas. In græco ita legitur, Aiebat oportere manus extendere, non confuſos digitos. Vel dicebat manus eſſe extendendas, non confuſis digitis. & ſanè hoc melius; ſenſus poterit eſſe, omnia eſſe aperto animo, & ſimplici facienda, non autem fucato & ſimulato. Vel non oportere eſſe rapacem. nam qui aliquid in uola abdunt, manum non extendunt, uel ſi referas ad orationem, ſicut olim Zeno; orationem oportere eſſe planam & apertam, non conciſam, confuſam atq; obſcuram.

In trigeſimoquarto, rurſus Eraſmus uertit δημαγωγὸν oratorem. quod nō probo. Laert. οὗτος ὑμῖν ἔφη ἐστὶν ὁ ἀθηναίων δημαγωγὸς. Eraſmus. Hic eſt inquit ille Demoſthenes Athenienſium orator. ſed ſic melius: en uobis, ô hoſpites, Athenienſium ducem ac principem, vel, en qui Athenienſium aures captat, ac demulcet. nam probrum in ſe habet hæc demonſtratio per μέσον δάκτυλον.

» In xxxvij. Laertius. τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ
» δάκτυλον μαίνεσθαι· ἐὰν οὖν τις τὸν μέσον προτεί
» νας πορεύηται δόξῃ μαίνεσθαι· ἐὰν δὲ τὸν λιχα-
» νὸν, οὐκέτι.

Eraſmus dicebat plurimos inſanire præter digitum. nā
» ſi quis aſſidue medium digitum intendat, uice indicis,
» uulgò habetur inſanus. ſiquis indicem, ſanus uidetur.
» At plurimi ſunt homines, qui grauius inſaniūt rebus ſe
» rijs, quàm ſi digitum pro digito porrigant, & tamen
» uulgò hi non habentur inſani.

Quoniam παρὰ cum accuſatiuo iunctum ſæpe accipit pro, apud, uel propè; lepidior ſenſus mihi uidetur, ſi di-

cas, Multos aiebat insanire propè digitum mediũ, quod eò magis probo; quia sequitur ἐὰν δὲ τὸν λιχανὸν οὐκέτι, id est, si quis indicem non amplius. Ecce uicinitatem insaniæ, sicuti digitorum. Multorum insania est occulta: sed fortasse non minor quàm ea, quæ aperta esse solet.

Vnum me torquet in hoc dicto Diogenis. quòd uideo fuisse consuetudinem apud ueteres, ut medio digito cõmonstrarentur insani, & infames. neq; satis memini me legere apud ullum eos habitos insanos, qui alterum commonstrarent medio digito, uel qui medium digitum extantem à cæteris conclusis gestarent. Hoc uidendum. Nam quin ita, uti exposui, sit accipiendum Diogenis dictum, non est dubitandum.

In xlvi. Laertius. ἐν τῷ κρανείῳ ἡλιουμένῳ αὐτῷ ἀλέξανδρος ἐπιστὰς φησὶν αἴτησόν με, ὃ θέλεις.

» Eras. Cum Alexander magnus inuiseret Diogenem, re-
» perit eum in cranio sedentem pro dolio. κρανίον per ι in penultima caluariam significat; cranium mortuorũ. κρανεῖον uero per ει diphthongum in penultima significat craneum, qui erat locus gymnasii è regione Corinthi. hoc patet ex alio loco Laertij, ubi ait.

» διάγων ἐν τῷ κρανείῳ τῷ πρὸ τῆς κορίνθου γυμνα-
» σίου. Erasmus deceptus est uocis similitudine, nam uertit in cranio, id est caluaria. neq; est, quòd quis illum excuset, posse intelligi etiam de Gymnasio, sic scriptam illam dictionem latine, ut ι proferatur longum, nam cur addidit pro dolio: quod nõ est in contextu græco: ex quo satis patet Erasmum fuisse deceptum.

Laertius dicit ἡλιουμένῳ, id est apricanti. uertit Eras

mus Laceras schedas glutino committentem. Dij boni. quale somnium? quis dicat in schedis glutinandis fuisse occupatum Diogenem? labitur igitur & hic Erasmus, dum sibi nimium indulget in uertendo, & addendo multa, quæ in græco contextu non leguntur.

» In lxviij. cum Laert. scribat. μακρὰ τινὸς ἀναγινώ-
» σκοντος καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου ἄγραφον παρα-
» δείξαντος, θαῤῥεῖτε ἔφη ὦ ἄνδρες, γῆν ὁρῶ.
Erasmus autem uertat: quodam tẽpore cum diutissime
» legens tandem eò uenisset, ut uideret chartam uacuam;
» bono, inquit, animo estote uiri, terram uideo.
» Labitur Erasmus, quod ait ipsum Diogenem legentem, ea dixisse γῆν ὁρῶ. Sed Laertius ait Diogenem de altero legentem dixisse, cum audiendo esset defessus.
» sic uertenda uerba Laertij. Cum diutissime quidam
» librum legisset, ac demum ad exitum perueniens, pagel-
» lam non scriptam audientibus ostendisset, acclamauit
» Diogenes γῆν ὁρῶ.

In lvi. Erasmus: Cum primum cœpisset philosophari.
» cum in dolio solus rancido uescens pane audiret totam
» urbem lætitia perstrepentem, erat enim dies festus, sen-
» sit animo nonnihil tædij, diuq; secum de relinquendo
» uitæ instituto cogitauit. sed quum tandem mures ui-
» deret adrepentes, micas panis edere; quid displices in-
» quit, tibi ò Diogenes, sat magnificus es, ecce etiam para-
» sitos alis. Ego profectò nescio unde hic paraphrastes egregius tam multa præter rem in medium attulerit, Nam in græco ita legitur, breuissime & politissime.
» πρὸς τοὺς ἑρπίσαντας αὐτῷ τράπεζαν μῦς, ἰδοὺ φη-

» σὶ, καὶ διόγενης παρασίτους φέρει. i. ad mures per-
repentes in mensam. En ait, & Diogenes parasitos a-
lit. quid hoc Lepidius sine tot ambagibus?

In lxxij. Erasmus ait. Huc ueni inspecturus insaniam
tuam, Qui non contentus regno.

» In græco scribitur κατάσκοπος τῆς σῆς ἀπληστίας.
.i. explorator tuæ cupiditatis, quę est inexplebilis. hic
nescio cur ἀπληστίαν Erasmus uerterit insaniam.

» In lxxiij. cum dicit Eras. ἄθλιος græce, miserum so-
» nat, multisq; afflictum laboribus. unde & Athletis no
» men; decipitur: nam Athleta non dicitur παρὰ τοῦ ἀ-
» θλίου. i. à misero. sed à uerbo ἀθλέω, quod est luctor, cer
to, uel παρὰ τοῦ ἄθλου. i. à certamine. Est quidē apud
græcos uerbum ἀθλεύεσθαι, id est infelicem esse, & ad-
uersis conflictari, sed non Athletæ ab hoc dicti sunt, im
mò è diuerso ἀθλεύεσθαι, παρὰ τῶν ἀθλητῶν pro-
pter labores eorum immensos.

» In lxxiiij. Eras. Inuitatus, ut ad Alexandrum ueniret,
» recusauit, at Perdiccæ pfecto minitāti necē ni ueniret.
In grçco nulla fit de Alexandro mentio, sed tm̄ de Per
dicca, περδίκκου ἀπειλήσαντος. Errat turpissime in
» reddendo latinè responso Perdiccæ. ait enim, nec dubi
» tauit uicissim minitari Perdiccæ, se feliciter uicturum,
» si sine illo uiueret, indicans esse infelices, qui cum Per-
» dicca uiuerent: est in græco. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀπει-
» λεῖν ἠξίου, ὡς εἰ καὶ χωρὶς ἐμοῦ ζήσαι, εὐδαιμό-
» νως ζήσοιτο.

Sensus est. Cum mortem minitatus esset Perdiccas Dio-
geni, inquit Diogenes, nil magnum: nam & phalangiū
hoc

hoc efficere possit. putabat magis Perdicca dignũ, si sic mi
nitaretur, Ut libet ò Diogenes, uel ueneris, uel non ueneris
ad me, dabo tñ operã ut etiam sine te rectè uiuam. Tale re
sposũm principe dignum existimabat Diogenes. nam cum
minitantur, & inferunt mortem, hoc habent commune cũ
uilissimis insectis & animalibus quæ homines interficiũt. «
Iam patet, opinor, turpissimus Erasmi error: «

In lxxv. Alter hic grauis apparet Erasmi lapsus. nam sic «
» uertit. Aiebat faciles esse deos ad donandam hominibus ui «
» tam, cæterum hanc ignorari ab his, qui quærunt dulciaria
unguenta, aliasq; hoc genus delitias. Cũ apud Laer. scriba «
tur. ἐβόα πολλάκις λέγων τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον
» ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτὸν, ζητούντων
» μελίπηκτα, καὶ μύρα, καὶ παραπλήσια. quorum uerborũ
hic est sensus. Uociferabatur sæpe, affirmans facilem, ac pa
rabilẽ admodum deos hominibus dedisse uictũ. sed latere
eos dũ intẽti sunt mellitis placentis, unguẽtis, & alijs id ge
nus quærẽdis. Uides quãtum intersit inter hunc et illũ sen
sum. sed multò magis animaduertes, si leges quæ in sua cõ
mentatione super hoc dicto, addit Erasmus.

In lxxxviij. delirat Eras. nam sic uertit. Prçteriẽs prodi «
» gi cuiusdam ædes inscriptionẽ habẽtes. Venales. facilè in «
» quit, diuinabam fore, ut præ immodica crapula domũ euo «
» meres. Iam. n. domum absumpserat, anteq̃ uenalem proscri
» beret. Uomitus igitur erat ille uerius, q̃ uenditio. Hactenus
» ille. In græco scribitur. θεασάμενος ὠδὶ ἀσώτου οἰκίαν, ὠδι-
» γεγραμμένην· πράσιμος, ἤδειν, εἶπεν, ὅτι οὕτω κραιπα-
» λῶσα ῥᾳδίως ἐξεμέσεις τὸν κεκτημένον. Sensus est. Conspi-
catus Diogenes in prodigi cuiusdã domo inscriptũ. Vena-

lis. sciebam, inquit, fore aliqn̄, ut tantum crapulans ò domus, eras euomitura tuum herum, quid hoc sensu lepi: ius? At cuius non offendūtur aures, cū Eras. ait; uiꝝ uomere ædes. aptior quippè est iocus, dicere; domū euomere heꝝ.

In clvij. Eras. Cuidā ꝑ cōuitium dicenti, Sinopenses te exi
» lio damnarunt; At ego inquit illos mansione. significans se,
» ꝙ solum uertere iuberetur, nihilo infeliciorem esse ijs, qui in
» patria manerēt, nec exiliū æquo animo pati possent. tā. n.
» miseꝝ est, manere coactum, q̄ exulare coactum. ...
quis nō uidet ut miser Eras. in sua cōmētatione fallitur. nā
» cū dixit Diogenes ἐγὼ ᾗ ἐκείνων τ̃ μονὴν; significare uoluit. Sinopenses habitare ignobilem et asperam regionem, & ideo infeliciores multò esse. se, qui exulabat, profectuꝝ in loca amœna, & urbes præclaras Græciæ. Hunc sensum spreuit, opinor Eras. ꝙ ingeniosus sibi uidebatur, cū excogitabat aliquid absurdum. Ideo uero hoc dixi; quia paulò post ait ex Plutarcho afferri eum sensum, quem ego exposui, at sibi uidebatur Plutarcho ingeniosior, neq; illius interpretatione erat contentus.

In cx. Eras. Conspiciēs duos cētauros pugnantes in tabu
» la pessime pictos; Vter inquit hoꝝ deterior est, notans pi
» ctoris imperitiā, quasi dubitaret uter esset deterius pictus.
» usus est aūt uoce ambigua. nā χείρων & peior dicitur, & in pugna inferior. hæc ille. Laert. ἰδὼν ποτὲ δύο κενταύρους κάκιστα ἐζωγραφημένους, ἔφη, πότερος τούτων χείρων ἐστί. i. cōspicatus aliqn̄ duos cētauros male pictos ait; Vter hoꝝ est deterior. In græco sicuti patet, non est illa dictio pugnantes, quam addidit Eras. quia aliter non intelligebat iocum. sed Diogenes re uera allusit ad nomen pro-

prium Chironis cẽtauri. sic πότερος χείρων. nam poterat accipi dictum ambigue, uter deterior. i. deterius pictus. & sic uter est Chiron. quid ad hæc o bone Erasme.

In cxxv. ἐρωτηθεὶς ποτὲ ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν, ἔφη, τοῖς μὲν νέους μηδέποτε, τοῖς δὲ πρεσβυτέρους μηδεπώποτε.
" Eras. uertit. Interrogatus qñ ducenda uxor; iuueni, inquit, "
" nondum; seni nunq̃. Sed non rectè. nam μηδέποτε & μηδεπώποτε idem significant apud græcos. i. nunq̃. nam sentiebat, neq; iuueni, neq; seni unq̃ esse ducendã. Habet leporẽ dictio illa seni μηδεπώποτε. nam si suspensa uoce proferas, consistẽs aliquantulũ in antepenultima syllaba, sic μηδέπω, & statim subiungas ποτέ; primum uideberis uelle dicere, seni nondum ducenda, quod est ridiculum, deinde subiũgens, ueluti ex insperato, ποτὲ, mutatur significatio. neq; amplius dicis, nondum, sed nunquam.

In cxxvij. Eras. Cũ uideret adolescẽtem quẽpiã sese ornantem; si ad uiros, inquit, frustra, si ad fœminas iniustè. fe-
" stiuius apud græcos propter uocum affinitatem ἀτυχεῖς,
" ἀδικεῖς, nam frustra se parat mas masculo, inter quos nõ potest esse coniugium. hæc ille. ἀτυχεῖν apud græcos, præterq̃ q̃ significat uoti esse impotem; significat etiam infelicem esse: erit igitur lepidior sensus. si te ornas masculo, miserrimus es. si mulieri iniq; facis.

In xxix. Eras. Canis Diog. est dictus, & hoc uitæ genus à multis laudabatur, nemo tamen imitabatur. itaq; dicebat se canẽ esse laudantium, sed laudatorũ neminẽ cum laudato cane audere uenatum ire. Sensum dicti optime explicat Eras. sed uerba pessime, atq; ita obscurè, ut non intelligantur. faciat periculum per se unusquisq; legens. decipitur in

una dictione ἐπαινουμένων, *quam uertit laudantium, cum sit*
passiuè accipiendum, hoc sensu, se canem esse unum ex ijs
qui laudantur. decipitur rursus in dictiõe ἐπαινούντων
i. laudantium, quam passiuè uidetur reddidisse laudatorum,
nisi modo accipias positum tanq̃ nomẽ uerbale. uerba græ
» *ca sunt hæc.* ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι κύνα τῶν ἐπαινουμένων, ἀλ «
» λὰ μηδένα τολμᾶν τῶν ἐπαινούντων συνεξιέναι αὐτῷ ἐπὶ τὴν «
» θήραν. *Sẽsus est. dicebat se canẽ esse ex laudatissimis unũ,*
sed neminẽ eorum, qui laudabant se, secum ad uenationẽ uel
le prodire. Hoc declarat alibi idem Laert. cum ait, ἐρωτη
» θεὶς ποταπὸς εἴη κύων, ἔφη, πεινῶν, μελιταῖος, χορτα
» σθεὶς δὲ μολοττικός, τούτων, οὓς ἐπαινοῦντες οἱ πολλοὶ
» οὐ τολμῶσι διὰ τὸν πόνον συνεξιέναι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν
» θήραν. οὕτως οὐδ᾽ ἐμοὶ δύνασθε συμβιοῦν διὰ τὸν φό
» βον τῶν ἀλγηδόνων.
In cxli. fœdissime labitur Eras. nam inquit, Cuidam op-
» *probrãti hoc ipsum, obtẽtu iuuentutis crimen defendit di-* «
» *cens, Tunc celerius reddebam lotium, nunc non item. Cyni* «
» *ca circuitione notauit iuuenilem ætatẽ, quæ facilius reddit* «
» *humorẽ uesicæ, cum senibus molesta sit dysuria. Hæc ille.*
Tũc opinor tuus ille carnifex calculus torquebat ô Erasme,
cum hæc scripsisti de dysuria Diogenis. ô lepidum caput.
uerba græca sic sese habent. πρὸς ἄλλον ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ ὀνει
δίσαντα, ἔφη, καὶ γὰρ ἐνεούρουν θᾶττον. ἀλλὰ νῦν οὔ.
Putauit Eras. esse ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν. *i. mingere, sed cur non*
animaduertit compositionem verbi? an frustra componi-
tur? οὐρεῖν *significat præter, mingere, & secunda utor na-*
uigatione & uento, idem οὐρίζειν. *est igitur dictio compo-*
sita ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν. *i. secundo utor uẽto, &* νέος. *i. iuuenis.*

νεωρεῖν igitur appositißime se dixit in iuuentute Diogenes *.i. se usum esse tum secundo iuuentutis afflatu in uiuẽdo.* Transuersi.n. aguntur homines in uitia tum à nimia felicitate, tum à iuuẽtute quæ ꝑturbationum est plena. Sẽsus igitur erit lepidißimus. ego tunc ob iuuentutis secundum afflatum celerius nauigabã, sed nunc non: deferbuerãt.n. cupiditates, à quibus antea impellebatur huc & illuc. Quò igitur spectat illa dysuria Erasmi?

» In cxlv. Anaximenes Rhetor, obeso erat corpore: hunc
» adiẽs Diogenes, ita locutus est. Impartire nobis tenuibus
» uentrem. nam & ipse leuaberis onere, & nobis commodabis. In græco est scriptum ἡμῖν πτωχοῖς.i. nobis mẽdicis. tenuibus uertit Eras. melius est ut dicas, mẽdicis. nam si mendici magno essent uentre; non cogerentur toties esurire, semel expleti.

In clij. Eras. Adolescenti formoso ad conuiuium eunti, de-
» terior inquit redibis. Reuersus à conuiuio adolescẽs, cum
» Diogeni dixisset, Iui nec redij deterior; inquit, χείρων μενοῦν.i. deterior igitur, indicans fieri non posse, quin adolescens è luxurioso temulentoq; conuiuio redeat deterior. Sequitur separatim.

» In cliij. Diogenes ab Eurytio petijt quiddam magni. Ideo duo hæc simul posui, ut duos perspicias, & eos quidẽ fœdissimos Erasmi errores. In græco sic scribitur, εὐμόρφῳ μειρακίῳ ἀπιόντι εἰς συμπόσιον, ἔφη, χείρων ἐπανήξεις. τοῦ δὲ ἐπανελθόντος, καὶ τῇ ὀξῆς εἰπόντος· καὶ ἀπῆλθον, καὶ χείρων οὐκ ἐγενόμην, ἔφη, χείρων μὲν οὔ, εὐρυτίων δέ. Decipitur Eras. in ijs dictionibus χείρων μενοῦν, sic.n. legit ꝑuersè admodum. nam animaduerte quæso, ut bis repetito
» eo sermone, Deterior quidẽ igitur. friget dictum, & iocus.

» Decipitur quoq́, quod male distinguit dictiões has εὐρυτίων δὲ à prioribus, cum sint connectendæ. Erit igitur sensus; formoso adolescenti eunti ad conuiuium, inquit; Deterior redibis. illi uero reuerso, ac dicenti rursus postero die, ò Diogenes redij è conuiuio, nec tñ. χείρων. i. deterior factus sum; respondit χείρων μὲν οὐ, εὐρυτίων δέ. in quibus dictionib. inest iocus ab ambiguo, nam chiron & Eurytion nomina sunt centaurorum. ad quæ lusit Diogenes, ludens pariter ad significatum. nam χείρων, cum comparatiuum est deterior significat. εὐρυτίων, quasi εὐρὺς latus. Innuere uolebat Diogenes latius illum expandisse animum ad uoluptates recipiẽdas. Vel si libet sic interpretari; obscœnitatem significauit. Quis iam non perspicit pulcherrimum fuisse Diogenis iocum? Verum quid non fœdas tuo contactu ò Erasme nequissime.

» In cliij. Iam consequitur dictum, quod non recte distin-
» xerat à priore Eras. sic autem exorditur in græco. ἤτει τὸν
» δύσκολον, in quo uideo Eras. uertisse, ut te suspenderes. cũ in græco legatur ἀπαλλάξασθαι. nisi forte habebat scriptum in suo ἀπάγξασθαι. si legis ἀπαλλάξασθαι, mollior est sensus. tibi suasissem, ut hinc discederes procul à nobis, cum improbus sis.

In cliiij. Eras. Inuiserat Lacedæmonem inde Athenas reuertentem percontabatur, ut fit. quò iret, & unde ueniret, à uiris inquit ad fœminas. Sic Eras. uertit, & addit. notans Atheniensium delitijs effœminatos mores. Cum Lacedæmonij durè instituerentur. græce sic legitur, πρὸς τὸν πυθόμενον ποῖ καὶ πόθεν, ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, ἔφη, ἐς τὴν γυναικωνῖτιν. ἀνδρωνῖτις. à græcis dicitur locus, ubi soli uersant uiri, γυναικωνῖτις, ubi solæ mulieres. Ait igitur